νατον φέρει γινωσκόμενα ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ μικρὸν τὸ κινδύνευμα ἀγνοήσαντα πότερον μὲν ἡ δύναμις δι' ἔνδειαν καταλύεται, ὥστε προσθεῖναι τροφὴν δέωνται; πότερον διὰ μέγεθος φλεγμονῆς αὔξεται ὥστε ἀφελεῖν, πότερον δι' ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, τουτέστι τροπὴν καὶ διαφθορὰν τῶν παρακειμένων. ὡς γὰρ ἡ λυχναία φλὸξ καὶ δι' ἔλλειψιν τοῦ λίπους ἀποσβέννυται καὶ διὰ πολλὴν καὶ ἀθρόαν ἐπίχυσιν καὶ ὅτε μὴ καθαρὸν καὶ ἀργιλῶδες ᾖ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν ἡ φύσις οὖσα παραπλήσιος τῇ φλογὶ καὶ ἐνδείᾳ καὶ περιουσίᾳ καὶ κακίᾳ τροφῆς διαφθείρεται. ὁκόσα τε ἡ φύσις ἡμέων καὶ ἡ ἕξις ἑκάστοισιν ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα. οἱ μὲν γὰρ φύσει λιμώδεις, οἱ δὲ εὐπαθῆ ἔχοντες στόμαχον καὶ λειποθυμοῦντες ἀπὸ τῶν [193] ἐλαχίστων διαθέσεων μεγάλως κακούμενοι καὶ ὥσπερ ἕρματα ἀεὶ δεόμενοι τῆς τροφῆς· καὶ ἄλλαι δ' εἰσὶν ἰδίως συγκρίσεις πᾶσι. διότι βλέπειν ὅπως μήτε πράξωμεν ἁμαρτήματα εἴ γε τοιαύταις σχέσεσι περι-

cognita aut ignorata ſalutem aut mortem adferant. Non enim parvum periculum eſt ſi ignoretur utrum vires per indigentiam diſſolvantur, ita ut cibi exhibitione indigeant; an ob inflammationis magnitudinem aeger ſuffocetur, an ob aliud quoddam irritamentum, hoc eſt ob eorum quae aſſumuntur tum mutationem tum corruptionem. Quemadmodum enim lucernae flamma et ob pinguedinis defectum et ob copioſam confertamque effuſionem extinguitur quumque purum non eſt et argilloſum: ſic et qui nobis innatus eſt calor quum natura exiſtat flammae ſimilis et alimenti penuria et copia et pravitate corrumpitur. *Et quos affectus et diverſas eorum ſpecies noſtra natura et habitus ſingulis pariat.* Quidam enim natura famelici ſunt; quidam ſtomachum habent qui facile afficitur *facileque* animo delinquunt et a minimis affectionibus magnopere laeduntur et alimenti appoſitione ſemper indigent. Atque aliae ſunt privatim in ſingulis conſtitutiones. Quare animadvertendum eſt ne quum in hujusmodi habitus inci-

πίπτωμεν. μεῖζον μὲν γὰρ κακόν ἐστιν, ἢν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς νούσου ἀσθενέοντι προσφέρῃ τις ποτὸν ἢ ῥόφημα πλεῖον ἢ σιτίον οἰόμενος διὰ κενεαγγείην ἀσθενέειν. ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κεναγγείην ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι καὶ πιέζειν τῇ διαίτῃ. φέρει μὲν γάρ τινα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτὰς, πολλῷ δὲ ἧσσον τῆς ἑτέρης. καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. εἰ γὰρ ἄλλος ἰητρὸς ἢ καὶ ἰδιώτης ἐσελθὼν καὶ γνοὺς ξυμβεβηκότα δοίη καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ἐπιδήλως ἂν δοκέῃ ὠφεληκέναι. τὰ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. δοκέει γὰρ αὐτέοισιν ὁ ἐσελθὼν ἰητρὸς ἢ ἰδιώτης ὥσπερ εἰ καὶ τεθνειῶτα ἀναστῆσαι. γεγράψεται οὖν καὶ περὶ τούτων σημεῖα, οἷσι δεῖ ἕκαστα τουτέων διαγινώσκειν. περὶ μὲν τῶν καθόλου καιρῶν τοσαῦτα καὶ περὶ τῆς πρώτης δόσεως τῆς τροφῆς.

dimus *aliquem* errorem committamus. *Majus ſiquidem malum eſt ſiquis ob laborem et morbi acumen debilitato potum aut ſorbitionem copioſiorem aut cibum exhibeat, ob vaſorum vacuationem imbecillum eſſe arbitratus. Indecorum autem eſt et ob vaſorum vacuationem debilitatum non cognoſcere ac victu eum opprimere. Periculum enim quoddam affert et hic error, multo tamen minus altero. Sed multo magis altero riſu dignior hic error eſt. Si namque alius medicus aut etiam plebejus acceſſerit et quae contingerunt cognoverit dederitque tum cibos tum potus quos alter prohibuit, aperte auxilium attuliſſe exiſtimabitur. Talia artificum inſtituta maxime ab hominibus vituperantur. Videtur enim ipſis qui acceſſit medicus aut plebejus tanquam mortuum ſuſcitaſſe. Horum igitur etiam ſigna quibus ſingula dignoſcere oporteat ſcribentur.* De univerſalibus igitur morborum temporibus et de prima alimenti exhibitione haec ſatis ſint.

Ed. Chart. XI. [193.]

Κεφ. η'. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν μερικῶν παροξυσμῶν καὶ τὰ περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς προγραφθησομένης διαίτης ἐπικρινόμενα. *τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι μηδ᾿ ἀναγκάζειν, ἀλλ᾿ ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων. καὶ τὸ ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρὴ, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάπτει. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή.* ἐν τοῖς μὲν νοσήμασι τοῖς κατὰ περίοδον ἐνοχλέουσιν, εἴτε τοῖς συνεχέσι καὶ τοῖς μηδένα διαλείμματα ἔχουσιν, εἴτε τοῖς ἔκ τινων διαστημάτων παροξυνομένοις καὶ ἁπλῶς ἐπαναγεάζουσιν· τοῖς δήποτε παροξυνομένοις μηδὲν διδόναι μήτε σιτία μήτε ποτὰ μήτε διακλύσματα. ὅπου γὰρ τότε τὸ προσφερόμενον τοῦ νοσήματος οὐ τοῦ σώματος ἔσται τροφή. *ἤν τις γὰρ τῷ πυρέσσοντι τροφὴν διδῷ, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχὺς αὕτη, τῷ δὲ κάμνοντι νοῦσος. μηδ᾿ ἀναγκάζειν·* τουτέστι μηδ᾿ ἀναγκαστικῷ μηδενὶ χρῆσθαι. παρηγορίας μᾶλλον μὲν οὖν δεῖται ἢ βίας ἐν τοῖς παροξυσμοῖς, ἔχειν δὲ χρὴ τὸν τῆς ἀνέσεως καιρὸν, ἐν ἐκεί-

Cap. VIII. Jam videamus quae de particularibus paroxyſmis ac quae de diaeta in his praeſcribenda decernuntur. *Quibus per ſtatos circuitus acceſſiones oboriuntur nihil dare neque cogere, ſed de ciborum oblatione detrahere ante criſes oportet.* Atque hoc, *in ipſis paroxyſmis cibum ſubtrahere oportet, exhibere enim noxium. Et quaecunque per circuitus exacerbantur in paroxyſmis ſubtrahere cibum oportet.* In morbis ſane per circuitus vexantibus ſive continui ſint nullasque habeant intermiſſiones ſive ex quibusdam intervallis exacerbentur ac plane recrudeſcant; in paroxyſmis tandem neque eſculenta neque poculenta neque diaclyſmata danda ſunt. Quandoquidem quidquid tunc offertur id morbi non corporis alimentum futurum eſt. *Siquis enim febricitanti alimentum dederit ſano quidem robur, aegrotanti vero morbus. Neque cogere;* hoc eſt nulla re cogente uti. Solatio namque potius quam violentia in paroxyſmis opus eſt ac remiſſionis tempus exſpectandum eſt in eoque vehementia cogentia

Ed. Chart. XI. [193.]

νῳ τὰ σφοδρὰ καὶ ἀναγκαστικὰ παραλαμβάνειν τὰ βοηθήματα· ἀφ' οὗ δ' ἂν ἐπιπέσωσιν οἱ παροξυσμοὶ, τὰ παρηγορικά. ὅνπερ γὰρ τρόπον τὰ σφόδρα ἄγρια ὄντα τῶν θηρίων ὁ μὲν ἠρέμα προσιὼν καὶ φιλοφρονούμενος ἡρεμοῖσι, ὁ δ' ἀντοργιζόμενος καὶ μετὰ βίας ἐπιὼν προσαγριαίνει, ὡσαύτως καὶ τὰ νοσήματα τρόπον τινὰ ἠγριωμένα κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς παραμυθούμενος καὶ πραΰνων ἐλαφρύνει καὶ τιθασσεύει· ὁ δὲ ἀντιτείνων καὶ τὰς βίας προσφέρων ἐπεγείρει καὶ ποιεῖ χαλεπώτερα· διὰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα οὔτε τοῖς ἀναγκαστικοῖς βούλεται χρήσασθαι κατὰ τοὺς ἀναγκαστικοὺς παροξυσμοὺς οὔτε ταῖς τροφαῖς, ἅμα μὲν διὰ τὴν πρόσθεσιν, ἅμα δὲ διὰ τὴν ἐν ταῖς οἰκονομίαις ταραχήν. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή· τὸ γὰρ προστιθέναι βλάπτει. οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς παροξυσμοῖς ἀξιοῖ μηδενὶ χρῆσθαι κινητικῷ ἢ προσθετικῷ μηδὲ οὖσι μηδὲ μέλλουσιν, ἀλλὰ ἐν

que remedia assumenda sunt, ubi vero paroxysmi inciderint lenientia. Quemadmodum enim ferae etiam valde agrestes siquis ipsas placide adeat blandeque demulceat mansuetae redduntur; si vero contra ipsis irascatur violenterque adoriatur agrestiores efficiuntur: ita et morbi quodammodo agrestiores facti siquis eos in paroxysmis soletur ac mitiget, leniores ac mansuetos efficit; siquis vero reluctetur ipsisque violentias inferat, excitantur exacerbanturque ac *difficiliores redduntur.* Propter has et alias hujusmodi causas neque rebus cogentibus neque alimentis vult uti in paroxysmis cogentibus partim quidem ob adjectionem alimenti, partim vero ob perturbationem quae in distributionibus oboritur. *Et quaecunque per circuitus exacerbantur in ipsis exacerbationibus cibum subtrahere oportet; exhibere enim noxium.* Non solum autem dum adsunt paroxysmi nulla re quae movere aut addere possit utendum esse censet, verum etiam neque dum mox futuri sunt, sed dum deorsum inclinat morbus. Hocque sapien-

καταῤῥόπῳ καὶ τῇ νούσῳ. καὶ τοῦτο μεγαφρονιμώτερον ἐν τῷ περὶ νούσων, ἔτι δὲ ἐν ἄλλοις εἰπὼν [194] ἀποδείκνυται· ὁκόταν δὲ καταιγίζωσιν αἱ νοῦσοι ἡσυχάζειν καὶ τὸν κάμνοντα καὶ τὸν ἰητρὸν τῇσι θεραπείῃσιν, ὅκως μὴ κατεργάσηταί τι κακόν. πάντων δὲ σαφέστερον καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας ὅτε φησί· καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος τόνδε μάλιστα φυλάττεσθαι κατ' ἀρχὰς καὶ διὰ παντὸς τοῦ νουσήματος. ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν ἐπισχεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ ποτοῦ ἀπέχεσθαι. ὅταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ἁπάσῃσι τῇσι νούσοισιν, οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τῇσιν ὀξείῃσιν, μάλιστα δ' ἐν τοῖσι μᾶλλον πυρετώδεσι καὶ ἐπικινδυνοτάτοισιν. ἴσως ἄλλα τις φήσει μηδὲ λέξεως Ἑλληνικῆς ἐπαΐειν δυνάμενος ἐν ἀκμῇ παρατιθέναι τὸν Ἱπποκράτην τοῖς πυρέσσουσι τὰς τροφάς. ὅταν γὰρ μὴ καταβήσηται εἰς τοὺς πόδας, τότε ἀκμάζειν τὸν πυρετὸν ἅπαντος ἴσως καὶ ὁμοίως τοῦ σώματος τεθερμ

ter admodum in libro de morbis ac praeterea in aliis his verbis demonstrat: *quum autem impetu feruntur morbi tum laborantem tum medicum a curationibus quiescere oportet, nequid mali inducatur.* Sed haec omnibus dilucidiora et ampliora in libro adversus Cnidias sententias edidit. *Occasionem autem sorbitionis exhibendae tum per initia tum per universum morbum hanc maxime observare oportet. Quum pedes quidem frigidi fuerint, sorbitionis exhibitionem prohibere oportet, maxime vero et a potu temperandum est. Quum vero calor ad pedes descenderit, tunc dare convenit reputareque cum in morbis omnibus, tum haud minime in acutis ac potissimum in magis febrilibus ac periculosissimis morbis hancce occasionem plurimum posse.* Fortassis alia aliquis dictionis Graecanicae imperitus dixerit Hippocratem febricitantibus in morbi vigore alimentum exhibere. Quum enim ad pedes descenderit, tum febrem vigere corpore universo aeque ac sin

Ed. Chart. XI. [194.]

μένου. ἀλλά τι ἀσυνέσεως καὶ τῆς ἄκρας ἀπαιδευσίας παρέχει ὁ τοῖς ἀρχαίοις τολμῶν ἀντιλέγειν οὐδὲ τὸ καταβαίνειν οἶδε τί ποτ' ἐστίν. μαθέτωσαν οὖν οἱ τὰ ἐκείνου ζηλοῦντες ὅτι οὐκ ἐν ἀκμῇ, ἀλλ' ἐν ἀνέσει τοῦ πυρετοῦ δίδωσιν Ἱπποκράτης τὴν τροφήν. τί γάρ φησιν; ὅταν δ' ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι. πᾶν δὲ τὸ καταβὰν ἐκλέλοιπε μὲν τὰ ἄνω, ἐν δὲ τοῖς κάτω γεγένηται οὐκ ἐκταθείσης, ἀλλὰ μεταστάσης τῆς θερμασίας εἰς κάτω χωρία. καὶ τοῦτο αὐτὸς εἰς τόσον ἐκδιδάσκει σαφῶς, ὥστε τοὺς ἠλιθίους ἂν τοῦτο νοῆσαι. λέγει δὲ οὕτως. ποδῶν δὲ ψυχρῶν ἐόντων μήτε ποτὸν μήτε ῥόφημα μήτε ἄλλο μηδὲν δίδου τοιόνδε, ἀλλὰ μέγιστον ἡγοῖο τοῦτ' εἶναι διαφυλάσσεσθαι, ἕως ἂν διαθερμανθῇ σφόδρα, εἶθ' οὕτως τὸ ξυμφέρον πρόσφερε. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημεῖόν ἐστι μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψύξις ποδῶν. εἰ δὲ ἐν τοιούτῳ καιρῷ τι προσοίσεις, ἅπαντα τὰ μέγιστα ἐξαμαρτήσεις· τὸ γὰρ νόσημα αὐξήσεις οὐ μικρῶς. ὁκόταν δὲ ὁ πυρετὸς λήγει, τοὐναντίον οἱ πόδες θερμότεροι γίνονται τοῦ ἄλλου σώ-

iter calefacto. Verum qui haec in veteres audet dicere, stoliditatem summamque inscitiam prae se fert nec quid sit *descendere* intelligit. Qui ergo *Hippocratis* praecepta aemulantur discant eum non in vigore sed remissione febris alimentum dare. Quid enim ait? *Quum calor in pedes descenderit, tum dare convenit.* Quidquid autem jam descendit superiores partes reliquit ac inferiores adiit calore non extenso sed ad inferiores regiones translato. Illudque adeo clare ipse edocet, ut a stolidis etiam queat intelligi. Sic autem loquitur: *frigentibus autem pedibus neque potum neque sorbitionem neque aliud quidquam hujusmodi dato. Verum id maximum esse ducito si exspectaveris, quousque valde incaluerint; deinde ita quod conferat exhibe. Pedum enim frigus plerumque febris accessurae signum existit. At eo tempore siquid exhibueris, in omnibus maxime peccaveris; morbum namque non parum auxeris. At quum febris desinit, vice versa pedes*

Ed. Chart. XI. [194.]
ματος. αὔξεται μὲν γὰρ ψύχων τοὺς πόδας ἐξαπτόμενος ἐκ τοῦ θώρακος εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναπέμπων τὴν φλόγα. συνδεδραμηκότος δὲ ἄλεος τοῦ θερμοῦ ἅπαντος ἄνω καὶ ἀναθυμιωμένου ἐς τὴν κεφαλὴν εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται ἄσαρκοι καὶ νευρώδεες φύσει ἐόντες· ἔτι δὲ καὶ πολὺ ἀπέχοντες τῶν θερμοτάτων τόπων ψύχονται συναθροιζομένου τοῦ θερμοῦ εἰς τὸν θώρακα. καὶ πάλιν ἀνάλογοι λυομένου τοῦ πυρετοῦ καὶ κατακερματιζομένου εἰς τοὺς πόδας καταβαίνει. κατὰ τόνδε οὖν τὸν χρόνον ἡ κεφαλὴ καὶ θώραξ κατέψυκται. ἄρα οὐκ ἔστιν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι ἡ θερμασία οὐδ' ἐπιτέιαται, ἀλλ' ὥσπερ ἐπεὶ ἐγίνετο παροξυσμὸς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὰ περὶ τὸν θώρακά τε καὶ τὴν κεφαλὴν μέρη κατακορῶς ὑφήπτετο· οὕτω καὶ νῦν ἐπεὶ πε[ρ] ἐστιν ἄνεσις, ἐκλέλοιπε μὲν θερμασία τὰ κυριώτατα μέρη περὶ δὲ τοὺς πόδας ἄκρους ἐνδιατρίβει καὶ τοῦτό γίνεται φύσει. λογικώτατον γὰρ ἰσχυρῶς προκαταψυχθέντα ταῦτ[α] καὶ ἰσχυρῶς τὸ θερμὸν καταλαμβάνειν τῆς φύσεως δήπο[υ] τὴν ἀμοιβαίαν τῶν ἐναντίων αὐτοὺς ἐπιτυχίαν ἀποδιδούσης

reliquo corpore calidiores evadunt. Quum enim pedes re[-] frigerat febris augetur et accensa ex thorace ad capu[t] flammam emittit. At fervido calore universo sursum con[-] currente atque ad caput exhalante pedes merito refrige[-] rantur, quum natura excarnes ac nervosi sint. Praetere[a] et a calidissimis locis multum distantes refrigerantur, se[se] colligente ad thoracem calore. Atque rursum eadem ra[-] tione quum febris solvitur et minutas in partes distribui[-] tur, ad pedes calor descendit. Hoc igitur tempore ca[-] put et thorax perfrigerata sunt. In universo itaque cor[-] pore calor non est neque intensus est; sed ut vigen[te] ultra principium paroxysmo partes circa thoracem capu[t-] que affatim incendebantur; ita et nunc quum adest re[-] missio, calor nobiliores quidem partes reliquit, extrem[os] vero pedes occupat, quod natura fit. Nam rationi maxim[e] consentaneum est ut quae partes prius vehementer pe[r-] frixerunt, eas calor etiam ingens prehendat, natura n[i-] mirum mutuam ipsis contrariorum successionem tribuent[e].

Ed. Chart. XI. [194. 195.]

ὅθεν καὶ διὰ ψυχρῶν τις ὁδεύσας χωρίων ὅταν εἰς ἀλέαν ἔλθῃ, διαπύρους ἴσχει τοὺς πόδας· ἐπεὶ καὶ ὅσῳ μᾶλλον ἐψύγησαν, τοσούτῳ καὶ τοῖς μᾶλλον ὡς ἐπίπαν καὶ σφοδρότερον δικαίως ἐπιθερμαίνονται. διὸ καὶ ἐν τοῖς χαλεπωτάτοις τῶν πυρετῶν ὅταν ἡ εἰσβολὴ μετὰ καταψύξεως γένηται ποδῶν, διά τε ἀνέσεως μετὰ τοῦ σφόδρα θερμανθῆναι τοὺς πόδας συμβαίνει. διὸ καὶ ἐξεργαζόμενος τὸν τόπον φησί. τουτέων ἕνεκεν ῥόφημα προσαρτέον, ὅτι ὁκόταν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσι θερμὴν ἀνάγκη τὴν ἄνω κοιλίην εἶναι καὶ πολλῆς ἄσης μεστὴν καὶ [195] ὑποχόνδριον ἐντεταμένον καὶ ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος διὰ τὴν ἔνδον ταραχὴν καὶ μετεωρισμὸν γνώμης καὶ ἀλγήματα καὶ ἕλκεται καὶ ἐμέειν ἐθέλει καὶ ἢν πονηρὰ ἐμέῃ, ὀδυνῆται. θέρμης δὲ καταβάσης εἰς τοὺς πόδας καὶ οὖρον διελθόντος καὶ ἢν μὴ ἱδρώσῃ πάντα λωφᾷ. κατὰ τόνδε οὖν τὸν καιρὸν δεῖ τὸ ῥόφημα διδόναι, τότε δὲ ὄλεθρος· καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀκαιρίας βλάβην ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων ὁ ἐπιθάνατον εἰπὼν τὸ τρέφειν ὑπὸ παροξυσμόν· διαῤῥήδην γοῦν καὶ ταῦτα

Unde quum quis per frigidas regiones iter fecerit, ubi in aeſtuoſam pervenerit, ignitos pedes obtinet; quandoquidem quo magis frixerint, eo magis etiam ac vehementius jure incaleſcunt. Quamobrem et in graviſſimis febribus, quum invaſio cum pedum perfrigeratione ſit, in remiſſione pedes vehementer calefieri contingit. Quare quum locum abſolveret Hippocrates inquit: *eas ob cauſas ſorbitio exhibenda, quod quum pedes frigidi fuerint, ventriculum calidum eſſe neceſſe eſt multoque faſtidio plenum intendique hypochondrium et corporis jactationem propter internam turbationem, mentis defectum et dolores aeger vellicatur, vomere vult et ſi prava vomuerit, dolore afficitur. At quum calor ad pedes deſcenderit urinaque prodierit, etiamſi non ſudaverit, omnia ceſſant. Eo igitur tempore ſorbitio exhibenda eſt, tum autem pernicies;* ac maxime propter nocumentum ex intempeſtiva exhibitione concitatum in morbis acutis mortiferum eſſe pronuncians ſub paroxyſmum nutrire. Aperte igitur haec imperat. Oportuerat igitur

προστάττει. ἔδει μὲν οὖν αὐτάρκως ἤδη σε δεδιδάχθαι, εἰ δ' ἔτι ποθεῖς μανθάνειν ἄκουε, διαῤῥήδην καὶ ταῦτα προστάττοντα Ἱπποκράτην. ὁκόταν δὲ φαρμακεύσῃς, τοῖσι ῥοφήμασι χρῶ διαφυλάττων τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέποτε προσοίσῃς ἐόντων μηδὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόντων ἢ παυσαμένων παροξυσμῶν καὶ ὡς ποῤῥωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἢ ἄρτι παυσαμένου παροξυσμοῦ. διδόναι τὰς τροφὰς τὴν παντελῶς παρακμὴν μὴ περιμείναντες πυρετοῦ, ἐπὰν δήπου νοσοῦντες τῷ βουλίμῳ πιεζόμενοι ἢ κακούμενοι σφοδρῶς πρὸς τῶν μακρῶν ἀναθέσεων ἤτοι ἀπὸ στομάχου τι κατεῤῥιγημένον καὶ σφόδρα ἐκλελυμένον ἐστί. τότε δὴ κατὰ τὰς ἀνέσεις ἐν θερμοῖς ἔτι τοῖς σώμασι παραθετέον τροφὴν, τὸ δὲ κυριώτατα ὅταν ἐστενοχωρημένον ᾖ τὸ διάστημα τῆς ἀνέσεως. ὁ γὰρ μικρὸν προσβάλλων τὴν τροφὴν πρὸ τῆς προκαταλήξεως παροξυσμοῦ, ποῤῥωτέρω δίδωσι τῆς μελλούσης ἐπισημασίας· ὅτι δέ ποτε ἄρτι παυσαμένης ἐπισημασίας ἡ τροφὴ προσφέρεσθαι ὀφείλει αὐτὸς ἐσαφήνισεν εἰπὼν, καὶ ὡς ποῤῥωτάτω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ὅπως

ſatis jam haec te edoctum fuiſſe; ſi quid tamen amplius diſcere cupias, audias haec luculenter praecipientem Hippocratem. *Quum autem medicamento purgaveris, ſorbitionibus utere obſervatis febrium paroxyſmis, ut nequaquam dum adſunt neque quum futuri ſunt exhibeas, ſed quum ceſſant aut ceſſarunt et quam longiſſime a principio aut quum nuper ceſſaverit paroxyſmus.* Alimenta vero exhibenda ſunt non exſpectata omnino febris declinatione, ubi nimirum aeger fame intolerabili premitur aut a longis ciborum dilationibus male admodum affectus eſt aut aliqua pars ſtomachi obriguit et valde exſoluta eſt. Tunc ſane in *febrium* remiſſionibus corporibus adhuc calidis exiſtentibus alimenta exhibenda ſunt, ac potiſſimum quum remiſſionis intervallum anguſtum fuerit. Qui namque paulo antequam deſierit paroxyſmus cibum exhibet, is longius a futura aſſignatione cibum dat. Quod autem interdum ſedata jam invaſione cibus offerri debeat clare ipſe oſtendit his verbis: *et quam longiſſime a principio.* Ut enim

Ed. Chart. XI. [195.]
γὰρ μὴ περικαταλάβῃ ἀδιοίκητον τὴν τροφὴν, ἀλλὰ σαφῆ πεμφθεῖσαν καὶ ἐξοικειωθεῖσαν τῷ σώματι παυσαμένης τῆς ἐπισημασίας δίδωσι τὰς τροφάς· ὅδε καιρὸς πλεῖστον ἀπέχει τοῦ μέλλοντος παροξυσμοῦ. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας προστίθησιν ὁμολογοῦντα μὲν τοῖς προλελεγμένοις, συμφωνοῦντα δὲ τοῖς ἔργοις τῆς διαίτης. ὃ τῆς διαιτηικῆς ἐστι μέγιστον παρατηρεῖν καὶ φυλάσσειν ὥσπερ ἐν τοῖς ὀξέσι καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν ἀῤῥωστήμασι καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀνέσιας, ὥστε τοὺς καιροὺς διαφυλάττειν ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσενεγκεῖν καὶ ἀσφαλέως ὁκότε δέῃ προσενεγκεῖν εἰδέναι· ἔτι δὲ ὁκότε πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσεως. καὶ ταῦτα συμφήσει πάλιν τοῖς ἔργοις συγγεγυμνασμένος.

Κεφ. θ'. Μέγιστον γὰρ ὂν τὸ ἐν τοῖς χρονίοις νοσήμασι παρατηρεῖν τοὺς καιρούς· διότι λεληθότες οἱ παροξυσμοὶ καὶ διὰ συμβόλων καταλαμβανόμενοι οἱ ἐξ ἀγρυπνίας, βάρους, δυσκινησίας, ὀνειρογμοῦ, ἀχροίας, ἀνορεξίας καὶ

assignatio febrilis alimentum distributioni ineptum, sed probe concoctum ac jam corpori familiare redditum suscipiat, sedata invasione alimenta praebet; quod tempus a futuro paroxysmo plurimum abest. Praeterea vero et in libro adversus Cnidias sententias ea adjungit quae tum praedictis tum artis operibus consentiant. *Diaetetices maximum est febrium tum intensiones tum remissiones ut in acutis sic et in longis morbis observare et cavere, ita ut tempora quando cibi offerendi non sint et quando tuto offerendi sint observare scias; atque etiam quando plurimum ab intensione absuerint.* Atque haec rursus fatebitur qui in artis operibus fuerit exercitatus.

Cap. IX. Maximum enim est diuturnis in morbis observare tempora; quia in iis *obscuri* ac latentes sunt paroxysmi qui per symbola ex vigiliis, gravitate, motus difficultate, insomniorum perturbatione, decoloratione, inappetentia ac similibus deprehenduntur. In acutis enim

Ed. Cart. XI. [195. 196.]
τῶν ὁμοίων. ἐπὶ γὰρ τῶν ὀξέων, οἷς μέγιστα ὑποκείμενοι συνεχεῖς πυρετοὶ, μεγάλα τὰ διαφέροντα τῶν παροξυσμῶν τὰ τῶν ἀνέσεών ἐστι· ὥστε καὶ τοῖς ἰδιώταις πολλάκις ὑποπίπτειν. ἐπὶ δὲ τῶν χρονίων βληχροὶ μὲν οἱ πυρετοὶ καὶ μόλις καταλαμβανόμενοι, κεκρυμμένοι δὲ οἱ παροξυσμοὶ καὶ μάλιστα κατὰ πλεῖστον ἐπιφερόμενοι, ὡς καὶ αὐτοὺς διαλανθάνειν τοὺς νοσοῦντας. ὅθεν ἀκριβὲς πάλιν σημεῖον τοῦτο ἔσται δυναμένῳ παρ' ὀλίγον αὐτῶν ἐπιγινώσκειν διαφοράς.

[196] Κεφ. ι'. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀνενδότων πυρετῶν, οὓς καὶ συνόχους καλοῦμεν, ἀκόλουθόν ἐστι κατὰ τὸν ὄρθρον διδόναι τροφήν. πολλαχοῦ γὰρ ἄλλοθι καὶ ἐν ἐπιδημίᾳ ἑτέρᾳ ὁμοίως ἐνιαυτῷ τὴν ἡμέραν φησὶν ὑπάρχειν ὡς ἐοικέναι τὸν ὄρθρον ἔαρι, τὸ δὲ μέσον ἡμέρας θέρει, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου φθινοπώρῳ, τὸ δὲ πρὸς νύκτα χειμῶνι. ὅθεν ὡς δειλινὸς ὁ καιρὸς τῷ φθινοπώρῳ ἀνάλογος εἰρημένος εἰ τῷ ὄρθρῳ τῷ ἔαρι ὁμοίῳ λελεγμένῳ παραβάλληται θανατωδέστερον ἔσται, ὡς καὶ ὄρθρος ὑγιεινότατον. οὕτως ἡ

morbis, quibus potiſſimum febres continuae ſubjacent, magna ſunt inter paroxyſmos et remiſſiones diſcrimina; ita ut et ab idiotis etiam ſaepenumero dignoſcantur. In diuturnis autem exiles quidem ac lentae ſunt febres vixque deprehenduntur, et earum occulti ſunt paroxyſmi ac potiſſimum ubi plurimum proceſſerunt, ut et ipſos aegros multoties lateant. Unde vel exquiſitum omnino ſignum erit illi qui aliquantulum ipſorum differentias poſſit dignoſcere.

Cap. X. In febribus autem non remittentibus, quas et continentes vocamus, mane laborantibus alimentum exhibere conſentaneum eſt. Saepius enim tum alibi tum in epidemiorum ſecundo diem anno comparavit, ita ut tempus matutinum veri aſſimilatum ſit, meridies aeſtati, pomeridianum tempus autumno, nocturnum *denique* hiemi. Unde ut pomeridianum tempus quod autumno analogum eſſe tradidimus, ſi matutino, quod veri ſimile eſſe diximus, comparetur, exitialiſſimum erit, ſicuti matutinum ſaluber-

Ed. Chart. XI. [196.]

δείλη μὲν ὀχληρὸς καὶ παροξυντικὸς, ὄρθρος δὲ φιλανθρωπίας καὶ ῥαστώνης ποιητικόν. ὡς τοῦ ἐνιαυτοῦ περίοδον ἔχοντος τῶν νούσων· οἷον ἡ ἡμέρη τῆς νούσου, οἷον τὸ δείλης παροξύνεσθαι, τοιοῦτον τῆς νόσου καὶ ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας. διόπερ εἰ μηδὲν ἴχνος εἴη τῆς ἐνδόσεως, καιρὸν ἴσθι τοῦ ἔαρος εὐκρασίᾳ παρεοικότα. οὗτος δέ ἐστιν ὁ περὶ τὸν ὄρθρον, ἐπιτηδειότατον ἂν εἴη πρὸς τὰς ἄλλας βοηθείας καὶ πρὸς τὰς τροφάς. αὐτὰ ἱκανὰ μὲν πρὸς τὸ παραστῆσαι τὸ προκείμενον. καὶ γὰρ ἐξεῖλον απόμοιραν ἐκ τῶν παρ' Ἱπποκράτην μοιρῶν σχεδὸν ἀπείρων εἰρημένων. ἀλλὰ τεχνικῶς ἔσται ταμιεύεσθαί τινα τῶν ῥητῶν τὰ μὲν εἰς τὸ περὶ ἔθους γραφησόμενον ἡμῖν, τὰ δὲ εἰς τὸ περὶ ποσότητος καὶ ποιότητος. τοσοῦτο γὰρ ἐκεῖ κειμένων ἀπαθῶν παρὰ τῷ ἀνδρὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ τῇ σιγῇ παραλειπομένων καὶ τῶν τοιαύτης περιουσίας καὶ δαψίλεως καθ' ἓν ἕκαστον θεώρημα συγγραφθησομένων.

rimum. Ita ſane crepuſculum verſpertinum conturbans et exacerbans eſt, matutinum vero tempus benignitatis ac remiſſionis efficiens: *tanquam annus circuitum habeat morborum, quale dies morbi eſt, quale eſt veſpertinum tempus ad exacerbationem tale eſt morbi et uniuscujusque conſtitutionis inter ſe invicem.* Quare ſi nullum ſit remiſſionis veſtigium, tempus veris temperamento aſſimilatum eligas. Id autem exiſtit quod circa matutinum crepuſculum eſt idque tum ceteris remediis tum cibis exhibendis maxime idoneum eſſe deprehenditur. Haec quidem ſatis ſint ad id ſuadendum quod a nobis propoſitum eſt. Portionem enim ſelegi ex infinitis prope quae apud Hippocratem leguntur, ex arte tamen erit quae enuncianda ſunt eorum quaedam in librum de conſuetudine a nobis conſcribendum, quaedam vero in librum de quantitate et qualitate reponere. Illic ergo ex Hippocrate quam plurima ponuntur quae in praeſenti libro ſilentio praetermiſimus largaque copia in unoquoque theoremate ſcriptis tradentur.

Ed. Chart. XI. [196.]

Κεφ. ια'. Οἱ μὲν οὖν πρὸς τὰς Ἱπποκράτους γραφὰς ἀπαρασκεύαστοι πρότερον ἐρχόμενοι ἢ πρῶτα τὰ γράμματα μαθεῖν παραλόγως ἐκείνῳ ἀντιλέγουσι. δέον γὰρ μέμφεσθαι τὴν αὐτῶν ἀμάθειαν ἀσάφειαν κατηγοροῦσι διὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν οὐ δυνάμενοι χωρῆσαι τὸ μέγεθος τῆς ἐκείνου δυνάμεως. τοιαῦται γὰρ οἶμαι πεπόνθασι πρὸς τὴν Ἱπποκράτους γραφὴν αἱ τῶν ἀσυνέτων καὶ ταπεινῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ, ὁποῖαι αἱ ὄψεις αἱ πρὸς τὸν ἥλιον ἀποβλέπουσαι. καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖναι περὶ τῆς ἰδίας ἀσθενείας ἀπὸ τοῦ ἡλίου κάλλους ἁλίσκονται καὶ ἀπελέγχονται, ὅταν ἐπιμόνως ἀκάματοι πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν οὐκ ἐδυνήθησαν, ἀλλὰ δή ποτε ἀμβλυώττοντες εἰς τὰ σκοτώδεα σφᾶς στρέφουσι· οὕτω καὶ αἱ τῶν ἀμυήτων ἀνθρώπων ψυχαὶ αἱ μὴ προτετελεσμέναι τοῖς ἐν τῇ ἐγκυκλοπαιδίᾳ ὅροις περιαστραπτόμεναι τῷ κάλλει τῆς γραφῆς τοῦ Ἱπποκράτους καὶ τῶν δογμάτων φωτὶ καταλαμπόμεναι τρόπῳ τινὶ τυφλώττουσι. καὶ ἀποστραφεῖσαι τῶν μειζόνων ἢ κατ' αὐτοὺς ἐπὶ τὰ μικρὰ καὶ ἀλαμπῆ καὶ ἀσύμμετρα ταῖς αὐτῶν ἀμαθίαις

Cap. XI. Qui ergo ad Hippocratis fcripta imparati prius accedunt quam primas literas didicerint, temere illi adverfantur. Suam enim ipforum ignorantiam incufare quum deceret, Hippocratis obfcuritatem reprehendunt, quod nimirum ob propriam imbecillitatem non poffint Hippocraticae virtutis magnitudinem affequi. Ita enim, opinor, affectae funt ad Hippocratis fcripturas imperitorum abjectorumque hominum animae ut oculi ad folem, dum ipfum contuentur. Quemadmodum etenim hi de propria imbecillitate a folis pulchritudine redarguuntur convincunturque quum perfeveranter citra laborem in ipfum intueri nequeunt, fed tandem caecutientes ad tenebrofa fe vertunt, ita profanorum hominum animae in encyclopaedia prius non educatae, fcriptorum Hippocratis fulgore perculfi, fententiarum fplendoribus offufi quodammodo caecutiunt. Quamobrem et ab iis quae majora funt quam ut ipfae ferre queant averfae ad parva quaedam ac obfcura fuaeque ipforum imperitiae accommodata procedunt. Nos

Ed. Chart. XI. [185.]
παραγίγνονται. ἡμεῖς δ' οὐδ' ἐκείνων ἕνεκεν, ἀλλὰ τῶν εὐπαιδεύτων καὶ χαριεστέρων καὶ ταῦτα συνεταξάμεθα καὶ πάντα τὰ δι' ὧν τελειότατα γίγνοιτο καθ' Ἱπποκράτην ἰατρικὰ πάλιν ἀναγραφῆς ἀξιώσομεν.

autem non eorum gratia, ſed ut illis qui probe inſtituti ſunt congratulemur, tum haec conſcripſimus tum omnia quibus res medicae ex Hippocratis ſententia abſolutiſſimae fiant digna ut rurſus ſcribantur cenſebimus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Ed. Chart. II. [21.] Ed. Baſ. IV. (424.)

[21] *Κεφ. α'.*

Ποία πρὸ τοῦ Σωκράτους ἦν ἡ φιλοσοφία, τίνα μέρη αὐτὸς προσέθη καὶ περὶ τῆς τοῦ βιβλίου ὑποθέσεως.

Τῶν ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφησάντων φυσιολογεῖν μόνον προελομένων καὶ τοῦτο τέλος τῆς κατ᾽ αὐτοὺς φιλοσοφίας πεποιημένων ἐπιγεγονὼς πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Σωκράτης, οὗτος τὸ μὲν ἀνέφικτόν φησιν ἀνθρώποις ὑπάρχειν. τῶν γὰρ ἀδήλων κατάληψιν βεβαίαν λαβεῖν τῶν χαλεπωτάτων

GALENI DE HISTORIA PHILOSOPHICA LIBER SPURIUS.

Caput I.

Qualis philoſophia fuerit ante Socratem quas ipſe partes addiderit; ac de libro propoſito.

Quum qui ab initio philoſophati ſunt ii ſolum phyſicam elegiſſent eamque ſuae philoſophiae finem conſtituiſſent, multis poſt temporibus natus Socrates ipſe id *philoſophiae genus* hominibus inacceſſum eſſe cenſuit. Rerum enim abditarum cognitionem certam aſſequi perar-

εἶναι ἐνόμισε, τὸ δὲ ζητεῖν ὅπως ἄμεινον διάγοι τις καὶ τῶν μὲν κακῶν ἀποτραπῇ, τῶν δὲ καλῶν ὡς πλείστων μετάσχῃ, τοῦτο μᾶλλον συνοίσειν. καὶ τοῦτο νομίσας χρησιμώτερον τῆς μὲν φυσιολογίας ἠμέληκεν οὐ πάνυ τι πρὸς τὸν χρήσιμον βίον συμβαλλομένης, ἠθικὴν δέ τινα διάθεσιν ἐπινενοηκὼς ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, αἰσχρῶν τε καὶ καλῶν, τιμίων τε καὶ τῶν ἐναντίων τοῖς προνοουμένοις ταῦτα πάντων ἀπηλλάχθαι τῶν ἀλυσιτελῶν ἡγεῖτο ῥᾳδίως, διὸ προσεπάγεται τῇ φιλοσοφίᾳ τὸ ἠθικὸν, καθ᾽ ὃ συνέστησε τὴν προαίρεσιν τῶν κάλλιστα ζῆν πεισθησομένων. κατιδὼν δὲ ὅτι δεήσει τὸν τούτων προστησόμενον εὐπειθείας μετέχειν. τοῦτο δ᾽ ἂν ὑπάρξειεν εἰ λόγοις διαλεκτικοῖς φαίνοιτο πρὸς τοὺς προσιόντας καλῶς κεχρημένος καὶ τὴν διαλεκτικὴν δύναμιν τελέως ἐπινενοηκὼς, δι᾽ ἧς πειθόμενοι ἀπαλλαξόμεθα τῶν βλαβερῶν, ἐπελευσόμεθα δὲ ἐπὶ τὰ πάντως ὠφελεῖν πεφυκότα ταύτην συνέστησεν. ὥς τε διὰ τὸν Σωκράτην γενέσθαι τριμερῆ τὴν φιλοσοφίαν πρότερον ἐπὶ τοῖς φυσικοῖς

duum esse existimavit. At quaerere quomodo quis emendatius viveret et a malis avocaretur necnon bonorum quam plurimorum particeps fieret, id magis profuturum. Quumque hoc utilius judicasset, physicam neglexit ad usum vitae non multum conferentem; moralem vero quandam disciplinam excogitavit quae eorum est, quae bona vel mala *ducuntur*, turpia vel honesta, honore digna vel his contraria arbitratus eos qui haec providissent ab omnibus *vitae* incommodis se facile explicaturos. Quamobrem pars philosophiae ipsa moralis accessit, quae eorum quibus visum est honestissime vivere propositum astruit. Prospiciens autem oportere hujus auctorem artem callere suasoriam et hoc futurum si rationibus dialecticis praeclare uti videretur apud eos qui eum convenirent, differendi facultatem meditatus qua persuasi ab iis quae noxia sunt liberi ad ea evehimur quae omnino prodesse nata sunt, eam constituit. Sic itaque a Socrate tres in partes philosophia divisa est quae prius sola rerum naturalium spe-

μόνοις ὁρίζεσθαι δοκοῦσαν. ταῦτα μὲν οὖν ἐχρῆν προειπεῖν, ἵνα ἔκ τινος ἀρχῆς ποιησώμεθα τὸν περὶ φιλοσοφίας λόγον. προὐθέμεθα δὲ διαλεχθῆναι περὶ τούτου οὐδὲν μὲν ἴδιον εὑρηκότες, τὰ δὲ παρὰ τοῖς προτέροις σποράδην καὶ χύδην εἰρημένα συναγαγόντες, σαφῶς τε καὶ συντόμως σπουδάσαντες περὶ τούτου διαλεχθῆναι, ἵνα οἱ φιλομαθεῖς τούτοις προεντυγχάνοντες μὴ δέοιντο τῶν ἐξηγουμένων, ἀλλὰ δι' ἑαυτῶν γιγνώσκοιεν τὰ καθ' ἕκαστα τῶν εἰρημένων σαφέστερον. ἀσφαλέστερον δὲ πειρώμεθα περὶ τούτου εἰπεῖν τὰ σοφιστικὰ καὶ πάνυ κεκοσμημένα τῶν διαλεκτικῶν παρεληλυθότες. οὐ γὰρ ἐπιδείξεως ἕνεκα προὐστησάμεθα τὴν περὶ τούτου σπουδὴν, ἀλλὰ χρηστοήθη ποιῆσαι βουληθέντες τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λαβεῖν τί χρήσιμον προεγνωκόσιν. οἳ νομίσαντες φιλοσο- [22] φεῖν οὐ μόνον τοὺς τὰ τριβώνια περιειμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρόοδον μὲν τοῖς πολλοῖς ὁμοίαν ἐνστησαμένους, τὴν δὲ διάνοιαν φιλοσοφωτάτην ἔχειν σπουδάσαντας. ἁπλουστέρως δὲ ὅσα παρὰ τῶν πεπαιδευκότων ἡμᾶς ἀκηκόαμεν καὶ δι' ἀναγνωσμάτων ἐμάθομεν νῦν συνά-

culatione circumfcripta videbatur. Hoc igitur praefari oportebat, ut ex quodam initio philofophicam hiftoriam conderemus. At de ifta *materia* differere propofuimus non quod proprium quid invenerimus, fed quod quae ab antiquioribus fparfim fufeque dicta funt ea colligentes dilucide ac concife ftuduerimus de ea differere; ut qui difcendi ftudio ducti ad haec acceſſerint interpretibus non indigeant, fed feipfis quae dicta funt fingula apertius intelligant. Sed tutius enitamur de eo verba facere captiofis et multopere exornatis dialecticorum *ratiocinationibus* praetermiffis. Non enim oftentationis gratia de eo ftudium fufcepimus, fed quod voluerimus his *honefte prodeffe*, qui prius aliquod ex philofophia emolumentum promere decreverunt arbitrati philofophari non folum detrita vefte indutos, fed et eos qui confimili ceteris inceffu gradientes mentem maxime philofophicam habere ftuduerunt. Paucioribus autem quaecunque ab iis qui nos edocuerunt audivimus et quae ipfi perlegendo didicimus nunc in unum

ειν ἐπεχειρήσαμεν, ἵνα ἐξ ἁπάντων ἔχῃ τὶς γινώσκειν πόθεν τε φιλοσοφία πρῶτον μὲν εἰς τοὺς Ἕλληνας παρελήλυθε καὶ τίνες οἱ ταύτην εἰσαγαγόντες καὶ τοὺς δοκοῦντας κατὰ τὴν παιδείαν διενηνοχέναι τῶν ἐπὶ ταῦτα τετραμμένων.

Κεφάλαιον β'.

Περὶ τῶν φιλοσόφων κατὰ τὴν διαδοχὴν λελοιπότων.

Ἔστι τοίνυν ὁ πρῶτος ὑπὸ τῶν πλείστων ὑπειλημμένος τὸν φιλόσοφον τρόπον εἰς τοὺς Ἴωνας εἰσηγμένος Θαλῆς ὁ Μιλήσιος. δι' ὃν καὶ τὴν κατ' ἐκεῖνον σοφίαν Ἰωνικὴν ἅπαντες ὀνομάζουσιν. τούτου δὲ γνώριμος Ἀναξίμανδρος γεγονὼς ὁμοίως φιλοσοφῶν γέγονε. καὶ τὸν Ἀναξιμένην μετὰ ταῦτα ζηλωτὴν εἶναι τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως πεποιηκὼς Ἀναξαγόρου καθηγητὴν γενέσθαι παρεσκεύασεν. οὗτος δὲ τὴν Μίλητον ἀπολελοιπὼς ἧκεν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τὸν Ἀρχέλαον Ἀθηναῖον πρῶτον εἰς φιλοσοφίαν παρώρμη-

ogere tentavimus, ut ex omnibus alicui notum ſit unde primum philoſophia ad Graecos pervenerit, qui ipſam introduxerint, qui denique doctrina aeſtimati fuerint praecellere ceteris qui ad haec animum appulerunt.

Caput II.

De ſucceſſione philoſophorum.

Primus eſt igitur, ut quamplurimi augurantur, qui philoſophiam diſciplinam apud Ionas introduxit Thales Mileſius, a quo et ſapientiam quae ejus aetatis fuit Ioniam omnes appellant. Huic familiaris factus Anaximander eodem modo philoſophatus eſt, qui Anaximenem doctrinae suae aemulum ſucceſſorem conſtituit et Anaxagorae praeceptorem fieri curavit. Hic Mileto relicta venit Athenas et Archelaum Athenienſem primum ad philoſophiam con-

Ed. Chart. II. [22.] Ed. Baf. IV. (424.)

σεν. οὗπερ Σωκράτης ἀκροατὴς κατὰ τὰ πολλὰ καὶ τῶν ὕστερον γεγονότων καὶ τῶν κατ᾽ αὐτὸν αἴτιος τοῦ φιλοσοφεῖν εἰλικρινῶς γέγονε. καὶ τοὺς ἐπιγενομένους σχεδὸν ἅπαντας, ὡς εἰπεῖν, φιλοσοφίας ἐπιθυμητὰς ἀπέφηνε. τῶν δὲ Σωκρατικῶν πολλῶν γεγονότων ἀναγκαῖόν ἐστι νῦν μόνον ποιήσασθαι μνήμην τῶν κατὰ διαδοχὴν λελοιπότων. Πλάτων τοίνυν μάλιστα διενήνοχε τῶν ἄλλων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἐλθὼν, ὡς ἂν φαίη τις ἀνεπίφθονον Σωκρατικὴν μαρτυρίαν παρεσχηκὼς τῆς ἀρχαίας δεχομένης ἀκαδημίας κατῆρξε διαβεβοημένος. Σπεύσιππος μὲν οὖν χρόνον τινὰ βραχὺν ἐπὶ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως διαμεμενηκὼς, ἀρθριτικοῖς δὲ νοσήμασι περιπεσὼν Ξενοκράτην ἀντ᾽ αὐτοῦ κατέστησε τῶν Πλατωνικῶν δογμάτων ἐξηγητήν. μετὰ δὲ τοῦτον Πολέμων, ἐπεὶ καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τοὺς λόγους τοῦ Πλάτωνος καὶ Κράτητος γέγονε καθηγητής· εἰς ὃν κατέληξεν ἡ ἀρχαία ἀκαδημία. τοῦ δὲ Κράτητος ἀκουστὴς ἦν Ἀρκεσίλαος καὶ τὴν μέσην ἀκαδημίαν καὶ τὴν ἐποχὴν ἐπινενόηκεν, ὥς τις μέχρι σιγῆς ἐπινενόηκε. τούτου δὲ Καρνεάδης κατέστη διάδοχος, τῆς

citavit. Cujus auditor fuit Socrates qui in multis posteris et coaevis causa fuit ut sincere philosophiae incumberent. Qui namque ad ipsum accedebant prope omnes ut dicitur, philosophiae desiderio inflammatos dimisit. Quum autem Socratici multi exstiterint, necesse est nunc solum eorum mentionem facere, qui ejusdem *sectae* relicti fuere successores. Plato igitur plurimum ceteris praecelluit philosophiae adyta ita penetrans, ut quis diceret invidia superata Socratici nomen assequutus est, susceptae veteris academiae princeps fuit fama celebratissimus. Speusippus autem brevi aliquo tempore eadem in secta mansit sed arthriticis morbis obsessus in suum locum Xenocraten dogmatum Platonicorum interpretem constituit. Huic autem successit Polemon qui jurabat in verba Platonis necnon Crantoris praeceptor factus est, in quo vetus academia finem habuit. Crantoris auditor fuit Arcesilaus qui mediam academiam invexit et epochen, hoc est tacitam sententiam, excogitavit. Hujus Carneades successor constitutu

νέας ἀκαδημίας τὰς ἀρχὰς συνεώρακεν. οὗ Κλειτόμαχος μετέσχεν. εἰσὶ δὲ πρὸς ταύτας πάσας ἀκαδημίαι δύο νεώταται. ὧν τῆς μὲν προτέρας προέστη Φίλων, Ἀντίοχος δὲ τῆς ἐφεξῆς. ἡγοῦμαι δὲ τῶν Σωκρατικῶν πάνυ πολλῶν γενομένων, ὅτι πολλοῖς μὲν ἴσος, οὐδενὸς δὲ καταδεέστερος Ἀντισθένης ἦν, ὃς τὴν Κυνικὴν εἰς τὸν βίον παρήγαγε. οὗ Διογένης γέγονε ζηλωτὴς καὶ προσωμοιώθη κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα. τούτου δὲ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἀκήκοεν. ὃς καὶ τὴν Στωϊκὴν φιλοσοφίαν ἐξεῖρεν. οὗ μετειλήφει τῶν λόγων Κλεάνθης. καὶ τούτου Χρύσιππος ἀκροώμενος τὴν ὁμοίαν ἀγωγὴν μετελήλυθε. τοῦ δὲ Διογένης ὁ Βαβυλώνιος ἀκροατὴς γεγονὼς Ἀντιπάτρου καθηγητὴς γέγονε. τούτου δὲ Ποσειδώνιος ἠκροᾶτο. Ἀρίστιππος δὲ Κυρηναῖος ὢν τῆς Σωκρατικῆς ἀκροάσεως μετέσχεν. ἀφ᾽ οὗ τὴν Κυρηναικὴν φιλοσοφίαν ἔγνωμεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν Μεγαρικῶν Ἐριστικὴν δίκαιον παριδεῖν, ὡς τῶν Σωκρατικῶν οὐδενὸς δεύτερος τὴν διάνοιαν γεγονώς. ὃς Στίλπων Μεγαρικὸς τῶν αὐτῶν δο-

novae academiae principia luſtravit, quem ſequutus eſt Clitomachus. Sunt vero praeter has omnes duae recentiſſimae academiae, quarum priori Philo praefuit, poſteriori Antiochus. Quum autem permulti extiterint Socratici, plerisque aequalem, inferiorem nemini fuiſſe Antiſthenem arbitror, qui Cynicam *philoſophiam* vitae addidit, cujus Diogenes factus eſt ſectator ac in vitae inſtitutis ſimilis. Hunc Zeno Citieus audivit, qui et Stoicam philoſophiam adinvenit. Zenonis hujus ſententias excepit Cleanthes et hujus Chryſippus auditor ſimile vitae inſtitutum ſequutus eſt. Chryſippi Diogenes Babylonius auditor factus Antipatri praeceptor fuit. *Antipatrum* audivit Poſidonius. Ariſtippus autem Cyrenaeus a quo philoſophiam Cyrenaicam accepimus Socraticae auſcultationis fuit particeps. Sed neque aequum eſt contentioſam *dialecticam* Megarenſium philoſophiam ſpernere, quam incepit Euclides Megarenſis qui Stilponem docuit quique nulli Socraticorum ingenii ſubtilitate inferior factus eſt. Eorundem dogmatum

γμάτων εὑρετὴς ἦν. τοῦτον δὲ Μενέδημος ὁ Ἐρετριεὺς διέδεκτο, ἀφ᾽ οὗ Ἐρετρικὴ φιλοσοφία ἐπικέ- [23] κληται. Φαίδωνα τὸν Ἠλεῖον οὐδεὶς ἠγνόησε τῶν Σωκρατικῶν εἰς πρώτους ἥκειν ὑπειλημμένον. οὗπερ Ἀναξαγόρας ὁ Ἀβδηρίτης τῶν λόγων εἰς μίμησιν ἀφικόμενος τῷ Πύῤῥωνι καθηγήσατο Σκεπτικῆς ὢν φιλοσοφίας. Ἀριστοτέλης δὲ Πλάτωνος πάνυ πολὺν χρόνον συνδιαγεγονὼς δόγμασιν, ἑτέροις ἑαυτὸν προσνενέμηκεν. ὅσπερ Θεόφραστον προεστήσατο τῆς κατ᾽ αὐτὸν αἱρέσεως καὶ τὸν Στράτωνα προσήγαγεν εἰς ἴδιον τινὰ χαρακτῆρα φυσιολόγως. Ἐπίκουρος δὲ κατολιγωρήσας, ὥς τινες ὑπειλήφασι, τῆς κατὰ φιλοσοφίαν σεμνότητος ἐπί τινα τρόπον μετελήλυθεν, οὐ πάνυ παρὰ τοῖς ἀκριβέσι τῶν φιλο- (425) σόφων εὐδοκιμώτατον. τούτου δὲ Μητρόδωρος ἠκροᾶτο καὶ Ἕρμαχος ὁ αὐτὸν Ἐπίκουρον διαδεξάμενος.

Περὶ εἰδῶν τῶν φιλοσόφων.

Εἰσὶ δὲ τῶν γενικωτέρων φιλοσόφων εἴδη δύο, Ἰταλικὸν καὶ Ἰωνικόν. ἀλλὰ περὶ τοῦ μὲν Ἰωνικοῦ ἱκανῶς πρότερον

inventor fuit Stilpo Megaricus, quem fequutus eft Menedemus Eretrienfis, a quo Eretrica philofophia denominata eft. Phaedonem Elienfem primas obtinuiffe inter Socraticos nullus ignoravit, cujus rationes quum memoriae mandaffet Anaxagoras Abderites Pyrrhonem docuit auctorem Scepticae philofophiae. Ariftoteles autem quum diu Platonis placitis adhaefiffet, aliis poftea feipfum addixit, qui Theophraftum fuae fectae praefecit, qui et Stratonem adduxit ad peculiarem quandam fpeculationis phyficae formulam. Epicurus autem, ut nonnulli tradiderunt, fpreta philofophiae gravitate ad quandam difciplinae rationem devenit ab accuratis philofophis non omnino approbatam. Hunc Metrodorus audivit et Hermachus, qui Epicuro fucceffit.

De generibus philofophorum.

At duo funt celebrium philofophorum genera, Ionicum et Italicum. At de Ionico multa fatis jam dicta funt.

εἴρηται· τοῦ δ' Ἰταλικοῦ τοῦ μὲν κατὰ τὸν Κρότωνα καὶ Τάραντα ἀκμάσαντος ὁ Πυθαγόρας εὑρετὴς γεγένηται. καὶ τὸ κατὰ τὴν Ἐλαίαν ἀκμάσαν. ταύτης δὲ λέγεται κατάρξαι Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἀπορητικῆς μᾶλλον ἢ δογματικῆς τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκῶν. μετὰ δὲ τοῦτον τοῖς αὐτοῦ βουλήμασιν εὐαρεστηθεὶς Μέλισσος καὶ Παρμενίδης, ὃς τῶν ἀφανεστέρων ἀποβεβηκέναι δοκεῖ. Ζήνων δὲ ὁ Ἐλεάτης τῆς εὐριστικῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς μνημονεύεται γεγονώς. τούτου δὲ Λεύκιππος Ἀβδηρίτης ἀκουστὴς τὴν τῶν ἀτόμων εὕρεσιν ἐπινενόηκε πρῶτος. Δημόκριτος δὲ παρ' αὐτοῦ τὸ δόγμα παρειληφὼς μᾶλλον ἐκράτυνεν, οὗ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης ζηλωτὴς, ὃς καὶ συστάτης τῆς κατὰ φιλοσοφίαν τέχνης.

Κεφάλαιον γ'.

Περὶ τῶν ἐπωνυμιῶν τῆς φιλοσοφίας.

Ὡρίσθη δὲ τῶν φιλοσοφιῶν ἡ μὲν ἐξ ἀνδρὸς ὥσπερ ἡ κατ' Ἐπίκουρον συμβέβηκεν καὶ ἡ κατὰ Πυθαγόραν, ἡ

Italici vero, ejus quidem quod Crotone et Tarento viguit, princeps exſtitit Pythagoras; ejus autem quod Elaeae floruit Xenophanes Colophonius princeps fuit, qui dubitatoriae potius quam dogmaticae philoſophiae ſectator plerisque eſſe videbatur. Poſtea vero hujus placitis delectati ſunt Meliſſus et Parmenides, quem rerum abditarum notitiam adeptum fuiſſe ferunt. Sed Zeno Eleates contentioſae philoſophiae princeps fuiſſe commemoratur. Hujus auditor Leucippus Abderites primus atomorum inventionem excogitavit. Ab eo vero depromptum dogma Democritus id magis ſtabilivit. Democriti ſucceſſor aemulus fuit Protagoras Abderites, qui oratoriam artem philoſophiae conjunxit.

Caput III.

De cognominibus philoſophiae.

At philoſophia quaeque finita eſt partim quidem a viro *praeceptore*, quemadmodum Epicurea quae ab Epicuro, *et Pythagorica quae a Pythagora*, *partim ab auctorum*

δὲ ἐκ τῆς πατρίδος, ὥσπερ ἡ Ἐρετρικὴ ἥ τε Μεγαρική· ἐκ τέλους καὶ δόγματος, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονική. ὁ γὰρ Ἀνάξαρχος τέλος τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἐναγωγῆς τὴν εὐδαιμονίαν ἔλεγεν· ἡ δὲ ἐξ ἐνεργείας, ὡς ἡ περιπατητική· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης κατὰ τοὺς περιπάτους συνουσίας πρὸς ὁμιλητὰς ποιούμενος τῆς ἐπωνυμίας ταύτης κατηξίωκε τὴν κατ᾽ αὐτὸν φιλοσοφίαν. ἡ δὲ δι᾽ ἔνστασιν, ὡς Κυνικὴ, διαλεκτική· ἡ δ᾽ ἀπὸ μέρους τῆς φιλοσοφίας ὃ μάλιστ᾽ ἐπιτήδευσαν, ὡς διαλεκτική· ἡ δ᾽ ἀπὸ τόπου, ὡς Στωϊκὴ καὶ ἀκαδημαϊκή· ἡ δὲ ἀπὸ διαθέσεως, ὡς Σκεπτική· ἡ δὲ ἐξ ἀνδρὸς καὶ δόγματος καὶ πατρίδος καὶ τέλους ὡς ἡ κατὰ Ἀρίστιππον μὲν ἀπὸ τοῦ εὑρηκότος, Κυρηναϊκὴ δὲ, ἀπὸ τῆς πόλεως ἧς ἐκεῖνος μετεῖχεν, ἡδονικὴ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς κατ᾽ αὐτὸν φιλοσοφίας, τὸν γὰρ Ἀρίστιππον τὴν ἡδονὴν προσκεκλῆσθαι μᾶλλόν τινες ὑπενόησαν μηδὲ τὴν ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας ἡδονὴν, ἀλλὰ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν, δι᾽ ἧς γίνεταί τις ἀνάλγητος καὶ δυσγοήτευτος.

patria ut Eretrica, Megarica, partim a fine ac dogmate, ut Eudaemonica. Anaxarchus ſiquidem ſuae probae inſtitutionis finem eſſe felicitatem dicebat. Partim ab actione ut peripatetica; Ariſtoteles namque quod deambulando familiarem ad diſcipulos ſermonem haberet hoc cognomine ſuam philoſophiam appellandam cenſuit. Partim a pugnaci contentione, ut Cynica et dialectica. *Partim a parte aliqua philoſophiae*, cui prae ceteris operam dederint, ut dialectica. Partim a locis in quibus diverſabantur, ut Stoica et academica. Partim ab affectu quo docentes utebantur, ut ſceptica. Partim ab auctore, dogmate, fine et patria ſimul, ut quam Ariſtippus introduxit, quae quidem ab ipſo inventore Ariſtippica dicta eſt, Cyrenaica vero ab ejus patria quam ille habuit, voluptuaria denique a fine ſuae philoſophiae. Ariſtippum tamen voluptatem accuſaſſe et damnaſſe potius ſuſpicati ſunt nonnulli. Et voluptatem appellaſſe putarunt non illam quae ex ſenſuum actione oritur delectationem, ſed eum animi ſtatum qui moleſtia careat nullisque mulceatur illecebris.

Περὶ τοῦ λογικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας.

Τὸ λογικὸν μέρος τῆς φιλοσοφίας ἀπὸ τῶν ὕστερον γεγονότων προτέτακται ἡγουμένων δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀκριβῶς φιλοσοφεῖν, μὴ πρότερον τοῖς ἄλλοις μέρεσιν ἐπιχειρεῖν, πρὶν ὅ τι τούτων ἕκαστόν ἐστι [24] γιγνώσκειν· οἱ μὲν γὰρ ἔφασαν τὴν φιλοσοφίαν εἶναι δύναμιν γνωστικὴν καὶ περιποιητικὴν ἀρίστου βίου, ἄριστον βίον εἰπόντες τὸ ζῆν ἕκαστον κατ' ἀρετήν. οἱ δὲ ἄσκησιν ἀνθρώποις ἀρίστης ζωῆς ἐπιτηδείου τέχνης ὡρίσαντο· ἄσκησιν μὲν τὴν φιλοσοφίαν πάντες ἐπιτήδειον τέχνην τὴν σοφίαν νομίσαντες, ἥτις ἐστὶ κατάληψις θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οἱ δὲ θεωρητικὴν ἕξιν τῶν αἱρετῶν καὶ φευκτῶν ὑπέλαβον χρῆναι μᾶλλον ὀνομάσαι αὐτήν, αἱρετὰ μὲν τὰ ἀγαθὰ φήσαντες εἶναι, φευκτὰ δὲ τὰ κακά· τὸ ἀγαθὸν τὸ δι' ἑαυτοῦ αἱρετὸν ὠφελείας τῷ μετιόντι γιγνόμενον αἴτιον, κακὸν δὲ τὸ δι' ἑαυτοῦ ἐκκλινόμενον βλάβης καθιστάμενον αἴτιον.

De logica philoſophiae parte.

Logicam philoſophiae partem ortu poſteriorem, ordine priorem poſteriores philoſophi conſtituerunt arbitrantes accurate philoſophaturos oportere non prius aliis partibus operam navare quam *diſceptandi peritiam adepti ſint* et quid ſit eorum *quae ſunt* unumquodque cognoverint. Quidam enim aſſeruerunt philoſophiam eſſe facultatem cognoſcendi et efformandi optimam vitam. Optimam autem vitam eſſe dixerunt unumquemque ſecundum virtutem vivere. Quidam vero exercitationem artis hominibus ad optimam vitam efformandam neceſſariae definierunt. At exercitationem quidem philoſophiam omnes exiſtimant; idoneam vero artem ſapientiam, quae divinarum humanarumque rerum comprehenſio eſt. Quidam vero ſpeculativum habitum eligendi et vitandi quod magis oporteat conjectarunt ipſamque nominarunt. Eligenda quidem et bona eſſe; fugienda vero et mala cenſuerunt. Bonum enim eſſe quod propter ſe ſequendum eſt et comparatum, poſſidenti utilitatis cauſa ſit, malum vero quod propter ſe fugiendum et obtentum damni cauſa eſt.

Περὶ μερῶν τῆς φιλοσοφίας.

Μέρη δὲ τῆς φιλοσοφίας κατὰ τοὺς πλείστους ἀκριβεστάτους εἶναι δοκοῦντας τρία παρειλήφαμεν, τό τε λογικὸν, δι' οὗ καταμανθάνομεν τῶν ὄντων ἕκαστον κατ' οὐσίαν καὶ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ τὰς διαφορὰς τούτων πρὸς ἄλληλα καὶ τὰ τοιαῦτα γινώσκομεν· καὶ τὸ φυσικὸν, δι' οὗ πέρ ἐστι καθορᾶν τίς ἡ τοιαύτη αἰτία τοῦ τάξει προϊέναι τῶν οὐρανίων τὴν κίνησιν ὅσα φαίνεσθαι δοκεῖ, καὶ τίνες αὐτῶν ταχυτῆτες ἢ βραδυτῆτες πρὸς ἄλληλα καὶ ὅσα τούτων ἐστὶν ὅμοια· καὶ τρίτον τὸ πάντων ἀναγκαιότατον καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι χρησιμώτατον, τὸ ἠθικὸν, δι' οὗ μανθάνομεν ἀλλήλοις ὁμιλεῖν καὶ συμβάλλειν προσηνῶς· καὶ τοὺς μὲν θρασυτάτους ὑπερορᾶν οὐ μισοῦντες, ἀλλὰ γελῶντες καὶ ἐλεοῦντες, τοὺς δὲ σπουδαιοτάτους καὶ ἐπιεικεστάτους στέργοντες. τούτων μὲν τὸν βίον ῥᾷον ἀσκεῖν καὶ βέλτιον τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐντεύξεις ἀγαθὰς ποιουμένων. ἐκείνων δὲ τὸ ἦθος δυσπρόσοδον καὶ παντάπασιν ἀνομίλητον τὸν βίον ἀπεργαζομένων.

De philoſophiae partibus.

At philoſophiae partes quae ex ſententia plurium abſolutiſſimae eſſe creduntur tres deprehendimus; primam logicam *rationalem*, qua entium quodque ſecundum ſubſtantiam et ſecundum accidens, mutuas eorum differentias perdiſcimus et alia conſimilia cognoſcimus. Secundam phyſicam *naturalem* per quam conſpicere licet, quaenam ea cauſa ſit qua et ordine coeleſtium corporum quaecunque apparere videntur motus procedit et quae ſit ipſorum inter ſe tarditas aut velocitas et quaecunque his ſunt ſimilia. Tertiam omnium maxime neceſſariam vitaeque inſtitutis utiliſſimam moralem, qua mutuo colloqui et placide converſari diſcimus; temerarios autem ac elatos non odio proſequendo, ſed eludendo ac miſerando contemnere, bene moratos vero ac manſuetos diligere. At facilius eſt eorum ſectari vitam qui mutuas easque probas conſuetudines melius inſtituunt, quam illorum qui conſuetudinem acceſſu difficilem prorſusque ab omni ſocietate alienam inducunt.

Περὶ αἱρέσεων.

Τὴν αἵρεσιν ὑπολαμβάνουσί τινες εἰρῆσθαι τριχῶς, κοινῶς καὶ ἰδίως καὶ ἰδιαίτατα. κοινῶς μὲν τὴν ἔν τινι πράγματι τῶν κατὰ τὸν βίον σύνθεσιν, ἰδίως δὲ τὴν ἐν τέχνῃ, ἰδιαίτατα δὲ τὴν ἐν φιλοσοφίᾳ· κατ᾽ ἔννοιαν δὲ τὴν αἵρεσιν εἶναι πρόβλησιν δογμάτων πολλῶν πρὸς ἄλληλα συμφώνων καὶ πρὸς ἓν τέλος ἀναφερόντων. τέσσαρες δὲ εἰσὶν, ἃς γενικωτάτας νομίζουσιν οἱ περὶ τούτων διειληφότες, μίαν μὲν τὴν δογματικὴν τοῖς πολλοῖς κατατιθεμένην καὶ βεβαιοτέραν, τὴν σκεπτικὴν τὴν περὶ πάντων ζητητικήν· πρὸς δὲ τούτοις εἶναι τρίτην τὴν ἐριστικὴν τὴν διὰ σοφισμάτων νικᾷν ἐν τοῖς νείκεσιν ἐσπουδακυῖαν. σοφίσματα δὲ τοιαῦτα νομίζουσιν οἷον· ὅπερ εἰμὶ ἐγὼ οὐκ εἶ σὺ, ἄνθρωπος δὲ εἰμὶ, σὺ ἄρα οὐκ ἄνθρωπος· καὶ τοὺς τοιούτους μειρακιώδεις λόγους καὶ ἐριστικούς. μικτὴν δ᾽ αἵρεσιν προσειρήκασι τὴν τισὶ μὲν δόγμασι κατατιθεμένην, περὶ πολλῶν δ᾽ ὑπορηκυῖαν καὶ μὴ πάντα διεξιοῦσαν συγ-

De ſectis.

Sectam aliqui tribus modis dici arbitrantur, communiter, proprie et propriiſſime. Communiter quidem opinionum conſpirationem eſſe aliquam in re quae ad vitam degendam ſpectat; proprie vero conſenſum in arte; propriiſſime autem conſenſum in philoſophia. Ex notione vero ſectam eſſe aſſerunt collectionem multorum dogmatum ſibi invicem concordantium et ad unum finem tendentium. Quatuor autem ſectae ſunt quas maxime generales exiſtimant ii qui de earum diſtinctione curam ſuſceperunt. Una eſt dogmatica quae in multis poſita et ſtabilior eſt; altera ſceptica quae de omnibus rationes inquirit. Tertia praeterea eſt contentioſa quae ſophiſmatis ſuperior eſſe in concertationibus ſtudet. Sophiſmata autem ejusmodi exiſtimant ut: quod ego ſum tu non es: at homo ſum: ergo tu non es homo: et id genus alias pueriles et litigioſas ratiocinationes. Quartam denique ſectam mixtam appellarunt, quae quibusdam in decretis collocata eſt ac

καταθετικῶς. εἶναι δὲ δογματικοὺς τοὺς τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ τῷ Ἐπικούρῳ προωρισμένους, σκεπτικοὺς δὲ Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην καὶ Ἀνάξαρχον τὸν Ἀβδηρίτην καὶ τὸν ἄγαν ἠκριβωκέναι τὴν ἀπορητικὴν ἀποληφθέντα Πύῤῥωνα· ἐριστικοὺς δὲ κεκλήκασιν Εὐκλείδην καὶ Μενέδημον καὶ Κλειτόμαχον. τοὺς δὲ κατὰ μικτὴν αἵρεσιν μετεληλυθότας ὑπάρχειν Ξενοφάνην μὲν περὶ πάντων ἠπορηκότα, δογματίσαντα δὲ μόνον τὸ εἶναι πάντα ἓν καὶ τοῦτο ὑπάρχειν [25] θεὸν πεπερασμένον, λογικὸν, ἀμετάβλητον. τὸν δὲ Δημόκριτον ὁμοίως περὶ μὲν τῶν ἄλλων μηδενὸς ἀποφηνάμενον, ἔνδειγμα δὲ καταλέλοιπε τὸ περὶ τῶν ἀτόμων καὶ τοῦ κενοῦ καὶ τοῦ ἀπείρου.

Τίς ἀρχὴ φιλοσοφίας;

Ἀρχὴ δὲ λέγεται τριχῶς· ἡ μὲν ὡς αἰτιώδης, ἡ δὲ ὡς ἐν τρόπῳ συστάσεως, ἡ δὲ ἀποδείξεως. αἰτιώδης μὲν οὖν ἐστιν ἀρχὴ, ὅταν ζητήσωμεν τί ποτ' ἐστὶ τὸ πεποιηκὸς

de multis dubitat neque omnia ut approbet edifferit. Dogmaticos autem Pythagoram *Samium* et Epicurum *Athenienfem* effe ftatuunt. Scepticos vero Zenonem Elaeatem et Anaxarchum Abderitam et Pyrrhonem, qui quum aporeticam *dubiam* fectam effet amplexus, eam quam accuratiffime coluit. Contentiofos vero appellarunt Euclidem et Menedemum et Clitomachum. Mixtae autem fectae fectatores effe Xenophanem, qui de omnibus dubitavit ac tantum decrevit omnia unum effe idque *unum* effe deum et finitum et ratione praeditum et immutabilem, atque Democritum fimili modo qui de nulla re alia fuam protulit fententiam, fed de atomis, de vacuo et de infinito documentum reliquit.

Quodnam fit philofophiae principium?

Principium tribus modis dicitur, primum ut caufale, fecundum ut per modum conftitutionis, tertium demonftrationis. Caufale igitur principium eft quum inveftiga-

ἰς ἐπίνοιαν τοὺς πρώτους ἐλθεῖν φιλοσοφίας· ἐν τρόπῳ δὲ υστάσεως ὅταν ζητήσωμεν ποῖον μέρος ἐστὶ πρῶτον ὃ ἐκ ῆς τέχνης συνέστηκεν· ἀποδείξεως δὲ, ὅταν τὰ ὑφ' ἡμῶν ατασκευαζόμενα ἀποδείκνυμεν· αἰτία δὲ φιλοσοφίας εὑρέεώς ἐστι κατὰ μὲν Ξενοκράτη τὸ ταραχῶδες ἐν τῷ βίῳ αταπαῦσαι τῶν πραγμάτων.

Κεφάλαιον δ'.

Περὶ σημείου.

Σημεῖον τοίνυν οἱ μὲν διαλεκτικοί φασιν ἀξίωμα ἐν γιεῖ συνημμένον καὶ ἡγούμενον ἐγκαταληπτικὸν τοῦ λήγοντος. τῶν δὲ σημείων τὰ μέν ἐστιν ἐνδεικτικὰ, τὰ δὲ ὑπομνηστικά· ἐνδεικτικὸν μὲν οὖν ἐστιν ὅπερ παρατέθεικε τὸ σημειούμενον ἅμα τῷ φανῆναι τὸ σημεῖον καὶ τοῦ εἰς γνῶσιν σημειουμένου ἡμᾶς ἀγαγεῖν. ὁποῖόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ καπνοῦ. τοῦτον γὰρ ἰδόντες εὐθὺς γινώσκομεν ὅτι ἐκ πυρὸς

mus, quid fit quod primos homines in philofophiae opinionem venire impulerit. Per modum autem conftitutionis feu conftituendi principium quum quaerimus qualis fit pars quae prior in artem redacta fuit. Demonftrationis vero quum quae a nobis inventa funt, ea demonftramus. Porro inventionis philofophiae caufa eft fecundum Xenocratem quidquid eft in vita turbulentum placare.

Caput IV.

De figno.

Signum definiunt dialectici enunciatum fanae menti confentaneum et antecedens concludens quod confequitur. Signorum vero alia funt indicantia, alia vero admonentia. Signum indicans eft quod rem fignificatam ita proponit, ut fimul ac illud confpectum eft in rei fignificatae cognitionem nos adducat, quale in fumo fignum eft. Eo namque confpecto protinus quod ex igne ortum ipfe habeat

Ed. Chart. II. [25.] Ed. Baf. IV. (425. 426.)

Phyfici a terra exordium fumpfiffe ipfam dicunt tanquam a centro. Pythagoras autem ab igne. Empedocles dicit primum fuiffe fecretum aetherem, fecundo ignem propter quem terra diftincta eft; poftea aquam ex qua cum in vapores et exhalationes foluta fuerit, generatur aër; generari autem coelum ex aëre, folem vero ex igne. Plato vero genitum fuiffe mundum fi generatur ad mundi intelligibilis exemplar; vifibilis autem mundi prius quidem animam, poftea vero fpeciem corporis. Pythagoras corpora folidorum exiftimavit quae appellat mathematica, ex cubo enim terram factam fuiffe dicit, ignem ex pyramide, ex octoedra aërem, ex icofaedra aquam, ex dodecaedra univerfi fphaeram. Plato autem hac in parte Pythagorae confentit.

Περὶ τάξεως τοῦ κόσμου.

Παρμενίδης στεφάνους εἶναι πεπλεγμένους ἐπ᾽ ἀλλήλους τὴν μὲν ἐκ τοῦ ἀραιοῦ, τὴν δὲ ἐκ τοῦ πυκνοῦ, μικτὰς δὲ ἀλλήλαις ἐκ φωτὸς καὶ σκότους μεταξὺ τούτων, καὶ τὸ περιέχον δὲ πάσας τείχους δίκην στερεὸν ὑπάρχειν. Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος χιτῶνα κύκλῳ καὶ ὑμένα περιτείνουσι τῷ κόσμῳ. Ἐπίκουρος ἐνίων μὲν κόσμων ἀραιὸν τὸ πέρας, ἐνίων δὲ πυκνόν· καὶ τούτων τὰ μέν τινα κινούμενα, τὰ δὲ ἀκίνητα. Πλάτων πῦρ πρῶτον, εἶτα αἰθέρα, μεθ᾽ ὃν ἀέρα, ἐφ᾽ ᾧ ὕδωρ, τελευταίαν δὲ γῆν. ἐνίοτε δὲ τὸν αἰθέρα τῷ πυρὶ συνάπτει. Ἀριστοτέλης πρῶτον μὲν ἀέρα ἀπαθῆ, πεμπτόν δέ τι σῶμα, μεθ᾽ ὃ παθητὰ πῦρ, ἀέρα, [35] ὕδωρ, τελευταίαν δὲ γῆν. τούτων δὲ τοῖς μὲν οὐρανίοις ἀποδιδόναι τὴν κυκλικὴν κίνησιν, τῶν δὲ ὑπ᾽ ἐκεῖνα τεταγμένων τοῖς μὲν κούφοις τὴν ἄνω, τοῖς δὲ βαρέσι τὴν κάτω. Ἐμπεδοκλῆς μὴ διὰ παντὸς ἑστῶτας εἶναι μηδὲ ὡρισμένους τοὺς τόπους τῶν στοιχείων ὑπείληφεν, ἀλλὰ πάντ᾽ ἀλλήλων ἀντιλαμβάνειν.

De ordine mundi.

Parmenides multas corallas eſſe inter ſe complicatas unam ex raro, aliam ex denſo, eas vero quae in medio ſunt ex opaco et lucido mixtas: quae vero ceteras continet inſtar muri ſolidam eſſe. Leucippus et Democritus tunicam et membranam quandam mundo circumponunt. Epicurus quorundam mundorum extremitates raras eſſe, quorundam vero denſas et horum quasdam mobiles, quasdam autem immobiles. Plato ſupremo in loco aethera collocat, tum ignem, poſtea aërem, deinde aquam, ultimo terram; interdum tamen igni conjungit aethera. Ariſtoteles aethera primum collocat, quem immutabilem et quintum corpus facit, ab eo commutabilia diſponit, ignem, aërem, aquam et infimo loco terram. His autem ita motum tribuit coelis circularem, iis vero quae infra coelos ſunt levibus ſurſum, gravibus deorſum. Empedocles nec definita nec eadem loca ſemper habere ſenſit elementa: ſed in alterius locum omnia ſuccedere.

Τίς αἰτία τοῦ τὸν κόσμον κλιθῆναι;

Διογένης καὶ Ἀναξαγόρας μετὰ τὸ συστῆναι τὸν κόσμον καὶ τὰ ζῶα ἐκ τῆς γῆς συμφῦναι τὸν κόσμον ἐκ τοῦ αὐτομάτου εἰς τὸ μεσημβρινὸν κλιθῆναι ἴσως ὑπὸ προνοίας, ἵνα τινὰ μὲν ἀοίκητα γένηται, τινὰ δὲ οἰκητὰ κατὰ ψύξιν καὶ ἐκπύρωσιν. Ἐμπεδοκλῆς τοῦ ἀέρος εἴξαντος τῇ τοῦ ἡλίου ὁρμῇ ἐγκλιθῆναι τοὺς ἄρκτους· καὶ τὰ μὲν βόρεια ὑψωθῆναι, τὰ δὲ νότια ταπεινωθῆναι, καθ' ὃ καὶ τὸν ὅλον κόσμον.

Περὶ τοῦ ἐκτὸς τοῦ κόσμου εἰ ἔστι κενόν.

Οἱ μὲν ἀπὸ Πυθαγόρου ἐκτὸς εἶναι τοῦ κόσμου κενὸν εἰρήκασιν εἰς ὃ ἀναπνεῖ ὁ κόσμος καὶ ἐξ οὗ. οἱ δὲ Στωϊκοὶ τὸ κενὸν εἶναι εἰς ὃ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν ἀναλύεται τὸ ἄπειρον. Ποσειδώνιος οὐκ ἄπειρον, ἀλλ' ὅσον αὔταρκες εἰς τὴν διάλυσιν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κενοῦ. Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης μήτε ἐκτὸς τοῦ κόσμου μήτε ἐντὸς εἶναι κενόν.

Quae cauſa inclinationis mundi?

Diogenes et Anaxagoras poſt mundi conſtitutionem et animalium ex terra generationem ſponte ſua dicunt mundum ad auſtrum inclinaſſe fortaſſe providentia divina, ut quaedam ejus pars ſit inhabitabilis, quaedam habitabilis propter frigus et calorem. Empedocles aëre vi ſolis agitato urſas inclinatas et boreales plagas in altum ſublatas: auſtrales vero depreſſas atque ita totum mundum inclinaſſe ait.

De eo quod eſt extra mundum et an ſit vacuum.

Pythagorici extra mundum vacuum eſſe dixerunt in quod et ex quo reſpiraret mundus. Stoici vacuum eſſe in quod mundus infinitus per conflagrationem reſolveretur. Poſidonius infinitum non facit, ſed ſolum tantum quantum ad mundi diſſolutionem ſufficit libro primo de vacuo. Plato et Ariſtoteles nec intra mundum nec extra vacuum ponunt.

Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου καὶ τίνα ἀριστερά.

Πυθαγόρας καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης δεξιὰ τοῦ κόσμου ἔφασαν εἶναι τὰ ἑῶα, ἀφ᾽ ὧν ἀρχὴν εἶναι τῆς κινήσεως· ἀριστερὰ δὲ τὰ ἑσπέρια. Ἐμπεδοκλῆς δὲ δεξιὰ εἶναι τὰ κατὰ τῶν θερινῶν τροπῶν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τῶν χειμερινῶν.

Κεφάλαιον ιβ'.

Περὶ οὐρανοῦ τίς τούτου ἡ οὐσία.

Ἀναξιμένης τὴν περιφορὰν τὴν ἐξωτάτην γηΐνην εἶναι. Ἐμπεδοκλῆς δὲ στερέμνιον τὸν οὐρανὸν ὑπάρχειν οἴεται ἐξ ἀέρος συμπαγέντος ὑπὸ πυρὸς κρυσταλλοειδοῦς, τό τε πυρῶδες καὶ ἀερῶδες ἑκάτερα τὰ ἡμισφαίρια περιέχειν. Ἀριστοτέλης ἐκ πέμπτου σώματος πυρινὸν εἶναι τὸν οὐρανὸν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ συνεστῶτα.

Περὶ διαιρέσεως οὐρανοῦ.

Θαλῆς, Πυθαγόρας καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ μεμερίσθαι τὰς τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαίρας εἰς κύκλους πέντε, οὕστινας

Quaenam ſit dextra pars mundi.

Pythagoras et Plato et Ariſtoteles orientalem partem eſſe dextram mundi dixerunt, a qua motus incipit, occidentalem vero ſiniſtram. Empedocles autem dextram eſſe eam, quae circa ſolſtitium aeſtivum, ſiniſtram vero quae circa hiemale.

Caput XII.

De coelo quae ſit ejus eſſentia.

Anaximenes extimam mundi circumferentiam terrenam eſſe. Empedocles vero coelum ſolidum eſſe putavit et conſtare ex aëre in morem cryſtalli ab igne durato et utroque hemiſphaerio ignitam aëriamque naturam continere. Ariſtoteles ex quinto corpore igneum eſſe coelum ex calore et frigore compactum.

De diviſione coeli.

Thales, Pythagoras et qui ab iis manarunt, coelum in quinque circulos dividunt, quos zonas appellant: horum

προσαγορεύουσι ζώνας. καλεῖσθαι δὲ τὸν μὲν αὐτῶν ἀρητικὸν καὶ ἐμφανῆ, τὸν δὲ τροπικὸν θερινὸν, τὸν δὲ χειμερινὸν τροπικὸν, τὸν δὲ ἰσημερινὸν, τὸν δὲ ἀνταρκτικὸν ἀφανῆ. λοξὸν δὲ τοῖς τρισὶ μέσοις τὸν καλούμενον ζωδιακὸν ὑποβεβλῆσθαι. Πυθαγόρας δὲ πρῶτος ἐπινενοηκέναι λέγεται τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἣν Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ὡς ἐπίνοιαν ἰδίαν σφετερίζεται.

Κεφάλαιον ιγ'.

Τίς ἡ οὐσία τῶν πλανητῶν καὶ ἀπλανῶν.

Θαλῆς μὲν ὑπολαμβάνει γεώδη εἶναι τὰ ἄστρα, ἔμπυρα δέ. Ἐμπεδοκλῆς δὲ πυρινὰ μόνα. Ἀναξαγόρας δὲ τὸν περικείμενον αἰθέρα ἀέρα πυρινὸν φήθη, τῇ δὲ εὐτονίᾳ τῆς περιδινήσεως ἀναρπάσαντα πέτρους ἀπὸ τῆς γῆς καὶ καταφλέξαντα τούτους ἠστερικέναι. Διογένης δὲ κισσηροειδῆ μὲν τὰ ἄστρα λέγει· διάπνοιαν δ' αὐτὰ νοεῖται κόσμον. Πλάτων δὲ ἐκ μὲν τοῦ πλείστου μέρους πυρινοὺς εἶναι [36]

arcticum unum appellari, qui nobis ſemper apparet, alium tropicum aeſtivum, alium tropicum hiemalem, alium meridianum, alium antarcticum, qui ſemper latet: obliquum vero circulum quem zodiacum appellant, tribus mediis ſubſterni. Fertur Pythagoras obliquitatem hanc zodiaci circuli primus excogitaſſe, quam ut proprium inventum ſibi arrogat Oenopides Chius.

Caput XIII.

De ſtellarum eſſentia.

Thales e terra quidem conſtare ſtellas exiſtimat, igneas tamen eſſe. Empedocles igneas ſolum. Anaxagoras autem aethera circumfuſum aërem inflammatum exiſtimavit ac circumvolutionis impetu lapides e terra ſubripuiſſe ipſosque inflammatos fieri ſtellas. Diogenes dicit ſtellas eſſe pumiceas easque putat eſſe mundi exſpirationem. Plato vero ſtellas majori ex parte igneas eſſe putat, ad-

Ed. Chart. II. [36.] Ed. Baſ. IV. (430.)

ἀστέρας ὑπολαμβάνει, μετέχοντας δὲ τῶν ἄλλων στοιχείων κόλλης τρόπον. Ξενοφάνης δὲ ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων συνιστάναι τοὺς ἀστέρας ἡγεῖται, σβεννυμένους δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναζωπυρεῖσθαι νύκτωρ, καθάπερ τοὺς ἄνθρακας. τὰς γὰρ ἀνατολὰς καὶ δύσεις ἐξάψεις εἶναι καὶ σβέσεις. Ἡρακλείδης δὲ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον εἶναι νομίζουσι γῆν περιέχοντα καὶ αἰθέρα ἐν τῷ ἀπείρῳ ἀέρι. ταῦτα δὲ τὰ δόγματα ἐν ἐνίοις Ὀρφικοῖς φέρεσθαι λέγουσι κοσμοποιοῦσι τῶν ἀστέρων ἕκαστον· οὐδὲν ἀπογιγνώσκει Ἐπίκουρος τούτων ἐχόμενος τοῦ ἐνδεχομένου.

Περὶ σχήματος ἀστέρων.

Οἱ Στωϊκοὶ σφαιρικοὺς τοὺς ἀστέρας καθάπερ τὸν κόσμον οἴονται καὶ ἥλιον καὶ σελήνην. Κλεάνθης κωνοειδεῖς. Ἀναξιμένης ἥλων δίκην καταπεπῆχθαι τῷ κρυσταλλοειδεῖ· ἔνιοι πέταλα πυρινὰ νομίζουσιν εἶναι ὥσπερ ζωγραφήματα τοὺς ἀστέρας.

haerentes tamen aliis elementis inſtar glutinis. Xenophanes e nubibus accenſis conſtare ſtellas arbitratur easque ſingulis diebus reſtingui, noctu vero rurſus accendi putat quemadmodum carbones. Ortum enim et occaſum accenſiones et reſtinctiones eſſe. Heraclides autem et Pythagorici unamquamque ſtellam mundum eſſe putant coelum et terram ambientem in aëre infinito. Has autem opiniones in quibusdam hymnis Orphei dicunt haberi, qui unamquamque ſtellam mundum faciunt: horum nihil inficiatur Epicurus, cum ſint ſimilia his quae contingunt.

De figura ſtellarum.

Stoici ſtellas rotundas exiſtimant ut et mundum et ſolem et lunam. Cleanthes coni figura. Anaximenes tanquam clavos coelo cryſtallino adactos. Quidam vero putant ſtellas eſſe laminas igneas quemadmodum animalia depicta.

Περὶ τάξεως τῶν ἀστέρων.

Ξενοφάνης κατ' ἐπιφάνειαν οἴεται κινεῖσθαι τοὺς ἀστέρας. Δημόκριτος τὰ μὲν ἀπλανῆ πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς πλανήτας, ἐφ' οἷς ἥλιος καὶ σελήνη. Πλάτων μετὰ τοὺς ἀπλανεῖς λέγει πρῶτον φαίνοντα τοῦ Κρόνου, δεύτερον φαέθοντα τοῦ Διὸς, τρίτον πυρόεντα τὸν τοῦ Ἄρεως, τέταρτον φωσφόρον τὸν τῆς Ἀφροδίτης, πέμπτον στίλβοντα τὸν τοῦ Ἑρμοῦ, ἕκτον ἡλίου, ἕβδομον σελήνης. τῶν μαθηματικῶν τινὲς μὲν ὡς Πλάτων, τινὲς δὲ μέσον πάντων τὸν ἥλιον. Ἀναξίμανδρος καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος καὶ Κράτης ἀνωτάτω μὲν πάντων τὸν ἥλιον τετάχθαι, μετὰ δ' αὐτὸν τὴν σελήνην, ὑπὸ δ' αὐτοὺς τὰ ἀπλανῆ τῶν ἄστρων καὶ τοὺς πλανήτας.

(431) Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς καὶ κινήσεως.

Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος καὶ Κλεάνθης ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δυσμὰς φέρεσθαι τοὺς ἀστέρας νομίζουσιν. Ἀλκμαίων καὶ οἱ μαθηματικοὶ τοὺς ἀστέρας τοὺς πλανήτας ἀπὸ

De ordine ſtellarum.

Xenophanes ſecundum ſuperficiem putat ſtellas moveri. Democritus fixas primas eſſe, deinde poſt ipſas planetas, in quibus ſol et luna. Plato poſt fixas Saturnum dicit primum apparere, deinde Jovem, poſtea Martem, quartam Luciferum ſtellam Veneris, quintam ſtellam Mercurii, ſextam ſolis, ſeptimam lunae. Mathematicorum quidam Platonem ſequuntur, quidam vero ſolem in medio horum conſtituunt. Anaximander et Metrodorus Chius atque Crates ſupremum locum ſoli deferunt, proximum lunae: ſub his vero fixa et vaga ſidera collocant.

De motu ſtellarum.

Anaxagoras et Democritus et Cleanthes ab ortu ad occaſum ferri ſtellas exiſtimant: Alcmaeon et mathematici

d. Chart. II. [36.] Ed. Baf. IV. (431.)
υσμῶν εἰς ἀνατολὰς ἀντιφέρεσθαι. Ἀναξίμανδρος ὑπὸ τῶν ύκλων καὶ τῶν σφαιρῶν ἐφ' ὧν ἕκαστος βέβηκε φέρεσθαι. Ἀναξιμένης ὁμοίως ἐπὶ τὴν γῆν καὶ περὶ αὐτὴν στρέφεσθαι οὺς ἀστέρας. Πλάτων καὶ οἱ μαθηματικοὶ ἰσοδρόμους εἶαι τὸν ἥλιον, τὸν φωσφόρον, τὸν στίλβοντα.

Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες;

Μητρόδωρος ἅπαντας τοὺς ἀστέρας ἀπλανεῖς καὶ πλαήτας ὑπὸ τοῦ ἡλίου προσλάμπεσθαι. Ἡράκλειτος καὶ οἱ Στωϊκοὶ τρέφεσθαι τοὺς ἀστέρας ἐκ τῆς ἐπιγείου ἀναθυμιάεως. Ἀριστοτέλης μὴ δεῖσθαι τὰ οὐράνια τροφῆς. οὐ γὰρ θαρτὰ, ἀλλ' ἀΐδια. Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοὶ ὡς ὅλον τὸν όσμον καὶ τὰ ἄστρα ἐξ ἑαυτῶν τρέφεσθαι.

Περὶ τῶν ἀστέρων τῶν καλουμένων Διοσκούρων.

Ξενοφάνης τοὺς ἐπὶ τῶν πλοίων φαινομένους οἷον ἀστέας νεφέλην εἶναι κατὰ τὴν ποιὰν κίνησιν περιλάμπουσαν.

x ftellis planetas ab occafu ad ortum moveri. Anaxinander vehi ftellas exiftimat ab iis circulis et orbibus uibus infunt. Anaximenes eodem pacto fub terra quo upra moveri. Plato et mathematici folem, Venerem et Iercurium eodem modo moveri.

Unde illuminentur ftellae.

Metrodorus omnes ftellas fixas lumen a fole accipere utat. Heraclitus et Stoici nutriri ftellas putant vaporius furfum elevatis. Ariftoteles non indigere nutrimento oeleftia dicit, aeterna cum fint et corrumpi nequeant. 'lato et Stoici ut mundo fic ftellas a feipfis nutriri fentit.

De Caftore et Polluce.

Xenophanes ftellas quae fupra apparent nubem effe licit, quae certo quodam motu agitata refplendet. Me-

Μητρόδωρος τῶν ὁρώντων ὀφθαλμῶν μετὰ δέους καὶ καταπλήξεως στιλβηδόνα εἶναι.

Περὶ τῆς ἐπισημασίας τῶν ἀστέρων.

Πλάτων τὰς ἐπισημασίας τάς τε θερινὰς καὶ τὰς χειμερινὰς κατὰ τὰς τῶν ἀστέρων ἐπιτολάς τε καὶ δυσμὰς γίνεσθαι ἡλίου τε καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων πλανητῶν καὶ ἀπλανῶν. Ἀναξιμένης δὲ, διὰ μηδὲν τούτων, ἀλλὰ δὲ διὰ τὸν ἥλιον μόνον. Εὔδοξος καὶ Ἄρατος κοινῶς διὰ πάντας τοὺς ἀστέρας ἐν οἷς φησιν.

Αὐτὸς γὰρ τάδε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν.
Ἄστρα διακρίνας. ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
Ἀστέρας οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν.

[37] Κεφάλαιον ιδ'.

Περὶ οὐσίας ἡλίου.

Ἀναξίμανδρος τὸν κύκλον αὐτοῦ εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς ἁρματείου τροχοῦ τὴν ἀψῖδα παραπλήσιο

trodorus exiſtimat eſſe micationem ab oculis videntiur propter metum et conſternationem ortam.

De ſtellarum ſignificatione.

Plato ſolem, lunam et alias ſtellas tam vagas quam fixas occaſu et ortu ſuo tempeſtates quae aeſtate et brum contingunt, ſignificare putat. Anaximenes non ex aliis ſed tantum ex ſole. Eudoxus et Aratus generatim e ſtellis, dum dicit,

Ipſe haec altitonans in celſo infixit Olympo,
Et totum prudens diſtinxit ſigna per annum
Eximia, ut rebus de certis aſtra monerent.

Caput XIV.

De natura ſolis.

Anaximander orbem ejus eſſe putat octies vigeſie terra majorem ſimilemque rotae plauſtri canthum haben

Ed. Chart. II. [37.] Ed. Baf. IV. (431.)

ἔχοντα κοίλην καὶ πλήρη πυρὸς κατὰ μέρος διὰ στομίου τὸ πῦρ ὡς δι' αὐλοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐκπέμπεσθαι καὶ τοῦτ' εἶναι τὸν ἥλιον. Ξενοφάνης ἐκ τῶν ξηρῶν ἀτμῶν τὰ πυρίδιά τινα συνέρχεσθαι, ἃ εἰς τὸ ἓν σῶμα καθεστηκότα τὸν ἥλιον συνιστῶσι· ἢ τὸν ἥλιον ἀναπτομένην νεφέλην. οἱ Στωϊκοὶ ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάσσης. Πλάτων ἐκ πλείστου πυρός. Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος καὶ Μητρόδωρος μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον. Ἀριστοτέλης σφαῖραν ἐκ τοῦ πέμπτου σώματος. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ὑαλοειδῆ δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν αὐτάγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς· ὥστε τρεῖς εἶναι ἐν τῷ ἡλίῳ διαφοράς· τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ πυρῶδες καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ πυροειδὲς ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρου κατὰ τὴν ἀνάκλασιν· τρίτον τὴν ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρου κατὰ ἀνάκλασιν διασπειρομένην πρὸς ἡμᾶς. καὶ γὰρ τὸ φῶς αὐτὸν τὸν ἥλιον ὀνομάζομεν, ὥσπερ τὸ εἴδωλον τοῦ εἰδώλου. Ἐμπεδοκλῆς δύο ἡλίους τὸν μὲν ἀρχέτυπον, πῦρ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ καταντικρὺ τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυ-

tem, concavum et igne plenum, ac quadam ex parte ignem ad nos per orificium quafi per canalem emitti et hoc effe folem. Xenophanes e ficcis vaporibus igniculos quosdam convenire dicit, qui in unum corpus redacti folem conftituant vel folem accenfam nubem. Stoici incendium mente praeditum ex mari genitum. Plato ex plurimo igne. Anaxagoras et Democritus et Metrodorus maffam aut lapidem igne candentem. Ariftoteles globum e quinto corpore. Philolaus Pythagoricus corpus vitro fimile quod lucem acceptam ab igne mundi eandem ad nos remittat: adeo ut tria in fole diftinguantur, ignis qui eft in coelo, corpus quod ab ipfo igneo perinde ac fpeculum quoddam illuftrari et ignefcere poteft: et tertium radium a fpeculo ad nos reflexum. Nam et hanc lucem folem appellamus tanquam fimulacrum fimulacri. Empedocles duos foles exiftimavit, unum praecipuum et primum, ignem qui eft in oppofito et hemifphaerio mundi quod replet quique femper ex adverfo fuae imaginis in-

Ed. Chart. II. [37.] Ed. Baſ. IV. (431.)

τοῦ τεταγμένου· τὸν δὲ φαινόμενον, ἀνταύγειαν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ ἀπὸ κυκλοτεροῦς τῆς γῆς κατ' ἀνάκλασιν ἐγγινομένην εἰς τὸν ἥλιον κρυσταλλοειδῆ, συμπεριελκομένην δὲ τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου· ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον. Ἐπίκουρος γήϊνον πύκνωμα κισσηροειδὲς ταῖς κατατρήσεσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνημμένον. Ἡράκλειτος ἄναμμα ἐν μὲν ταῖς ἀνατολαῖς τὴν ἔξαψιν ἔχον, τὴν δὲ σβέσιν ἐν ταῖς δυσμαῖς.

Περὶ μεγέθους ἡλίου.

Ἀναξίμανδρος τὸν μὲν ἥλιον ἴσον εἶναι τῇ γῇ· τὸν δὲ κύκλον ἀφ' οὗ τὴν ἐκπνοὴν ἔχει καὶ ἐφ' οὗ φέρεται ἑπτάκις καὶ εἰκοσαπλασίονα τῆς γῆς. Ἀναξαγόρας πολλαπλασίονα Πελοποννήσου. Ἡράκλειτος εὖρος ποδὸς ἀνθρωπείου. Ἐπίκουρος ὅτι τοιοῦτος, οἷος φαίνεται, ἢ μικρῷ μείζων ἢ ἐλάττων.

cedit; alterum eum quem ſpectamus ſolem qui repercuſſio eſt luminis ejus, quod eſt in altera dimidia mundi parte repleta aëre, qui calorem habet admixtum et hunc ſplendorem a rotunditate terrae reflecti in ſolem qui eſt cryſtallo ſimilis et cum motu ignei elementi circumtrahi. Et ut multa breviter complectar, ſol eſt repercuſſio ignis qui circa terram movetur. Epicurus molem e terra compactam pumici ſpongiaeve ſimilem putat, quam ignis ejus foramina permeans accendit. Heraclitus fulgorem qui in oriente accenditur, in occidente exſtinguitur.

De magnitudine ſolis.

Anaximander ſolem quidem terrae putat aequalem orbem autem a quo reſpirat et in quo fertur ſepties vigeſies terra majorem. Anaxagoras multoties Peloponneſo majorem. Heraclitus quanta eſt humani pedis longitudo. Epicurus talem eſſe qualis apparet ac paulo aut majorem aut minorem eſſe.

Περὶ σχήματος ἡλίου.

Ἀναξιμένης πλατὺν εἶναι τὸν ἥλιον οἷον πέταλον. Ἡράκλειτος σκαφοειδῆ ὑπόκυρτον. οἱ Στωϊκοὶ σφαιροειδῆ ὡς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἄστρα. Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα.

Περὶ τροπῶν ἡλίου.

Ἀναξιμένης ὑπὸ πεπυκνωμένου ἀέρος καὶ ἀντιτύπου ἐξωθεῖσθαι τὰ ἄστρα. Ἀναξαγόρας ἀπὸ τοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἀέρος τῆς πυκνώσεως, ὃν ὁ ἥλιος συνωθῶν ἰσχυρότερον ποιεῖ. Ἐμπεδοκλῆς ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας κωλυόμενον μέχρι πόλων εὐθυπορεῖν καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων εἰργόμενον. Διογένης ὑπὸ τοῦ ἀντιπίπτοντος τῇ θερμότητι ψύχους σβέννυσθαι τὸν ἥλιον. οἱ Στωϊκοὶ κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑποτιθεμένης τροφῆς διϊέναι τὸν ἥλιον. ὠκεανὸν δὲ καὶ τὴν θάλασσαν παρέχειν τῷ ἡλίῳ τροφὴν τὴν αὐτοῦ ὑγρότητα ἔχουσαν [38] ἐν αὐτῷ καὶ τὴν γεώδη ἀναθυμίασιν. Πλάτων, Πυθαγόρας καὶ Ἀριστοτέλης

De figura solis.

Anaximenes latum esse solem ut folium existimat. Heraclitus scaphae instar subcurvum. Stoici globosum ut coelum est et stellae. Epicurus ipsum posse his omnibus esse figuris *admittit.*

De conversionibus solis.

Anaximenes ab aëre densato et obnitenti stellas existimat impelli. Anaxagoras ab aëris qui septentrioni subest densatione, quem sol compingens reddit valentiorem. Empedocles ab orbe qui ipsum continet et Tropicis impediri, ne recta ad polos progrediatur. Diogenes quia sol exstingueretur a frigore calorem oppugnante. Stoici juxta intervallum alimenti subjecti solem progredi. Oceanum autem et cetera maria alimentum soli ministrare eam quam in se habent humiditatem et terream exhalationem. Plato,

περὶ τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, δι' οὗ φέρεται λοξοπορῶν ὁ ἥλιος καὶ κατὰ δορυφορίαν τῶν τροπικῶν κύκλων· ταῦτα δὲ πάντα καὶ ἡ σφαῖρα δείκνυσιν.

Περὶ ἐκλείψεως ἡλίου.

Θαλῆς πρῶτος εἶπεν ἐκλείπειν τὸν ἥλιον τῆς σελήνης αὐτὸν ὑπερχομένης κατὰ καθετὸν οὔσης φύσει γεώδους· βλέπεσθαι δὲ τοῦτο κατοπτρικῶς ὑποτιθεμένῳ τῷ δίσκῳ. Ἀναξίμανδρος τοῦ στόματος τῆς τοῦ πυρὸς διεκπνοῆς ἀποκλειομένου. Ἡράκλειτος κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς στροφὴν ὥστε τὸ μὲν κοῖλον ἄνω γίνεσθαι, τὸ δὲ κυρτὸν κάτω πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄψιν. Ξενοφάνης κατὰ σβέσιν τὴν ἔκλειψιν γίνεσθαι, ἕτερον δὲ πάλιν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς ἐξάπτεσθαι. παριστόρηκε δὲ καὶ ἔκλειψιν ἡλίου ἐφ' ὅλον μῆνα καὶ πάλιν ἔκλειψιν ἐντελῆ, ὥστε τὴν ἡμέραν ἀφανῆ εἶναι. Ἀρίσταρχος κατὰ τῆς γῆς σκιάζεσθαι τὸν δίσκον τοῦ ἡλίου. Ξενοφάνης πολλοὺς εἶναι ἡλίους καὶ σελήνας κατὰ κλίματα τῆς γῆς καὶ ἀποτομὰς καὶ ζώνας. κατά τινα δὲ καιρὸν

Pythagoras, Ariſtoteles ob zodiaci circuli obliquitatem, qua ſol oblique meare cogitur et ſecundum circulos tropicos. Haec autem omnia ſphaera demonſtrat.

De ſolis defectu ſeu eclipſi.

Thales primus dixit ſolem deficere propter lunam, quae tota terreſtris eſt, ei ad perpendiculum ſuppoſitam idque ex ſuppoſito ſoli ſpeculo facile diſcerni. Anaximander clauſo foramine per quod ignis exſpirat. Heraclitus converſione partis convexae ſurſum, gibbae vero deorſum ad noſtrum viſum obvertatur. Xenophanes per exſtinctionem ſolis eclipſim fieri; rurſus autem verſus orientem alterum accendi. Narrat etiam ſolem aliquando integro menſe defeciſſe et rurſus alio tempore ſic ex toto defeciſſe, ut dies non appareret. Ariſtarchus propter terram orbem ſolis dixit inumbrari. Xenophanes multos eſſe ſoles, multas lunas ſecundum terrae climata, ſegmenta ac zonas: quodam autem tempore ſolis diſcum incidere in

1. Chart. II. [38.] Ed. Baſ. IV. (431.)

ιπίπλειν τὸν δίσκον εἴς τινα ἀποτομὴν τῆς γῆς οὐκ οἰκουένην ὑφ' ἡμῶν καὶ οὕτως ὥσπερ κενεμβατοῦντα ἔκλειψιν τομένειν. ὁ δ' αὐτὸς τὸν ἥλιον εἰς ἄπειρον μὲν προϊέναι, ικεῖν δὲ κυκλεῖσθαι διὰ τὴν ἀπόστασιν. ἔνιοι νεφῶν πύνωσιν τῶν ἀοράτως ἐπερχομένων τῷ δίσκῳ. Ἀρίσταρχος ὸν ἥλιον ἵστησι μετὰ τῶν ἀπλανῶν, τὴν δὲ σελήνην κινεῖ ερὶ τὸν ἡλιακὸν κύκλον καὶ κατὰ τὰς ταύτης ἐγκλίσεις κιάζεσθαι τὸν δίσκον.

Κεφάλαιον ιε'.

Περὶ οὐσίας σελήνης.

Ἀναξίμανδρος κύκλον εἶναι ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς ῆς. Ξενοφάνης δὲ εἶναι νέφος πεπιλημένον. οἱ Στωϊκοὶ ικτὴν εἶναι τὴν σελήνην ἐκ πυρὸς καὶ γεώδους ᾠήθησαν. Πλάτων ἐκ πλείονος πυρός. Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος τερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία καὶ ὄρη καὶ φάαγγας. Ἡράκλειτος, γῆν ὁμίχλῃ περιειλημμένην. Πυθαόρας κατὰ τὸ πυροειδὲς σῶμα σελήνης.

quandam terrae portionem a nobis non habitatam et ſic anquam in vacuum delatum deliquium occidere. Idem ſolem in infinitum progredi, nobis autem videri quod rotetur ob diſtantiam. Sunt qui nubium condenſationem cauſentur, quae viſu non cernente diſco ſolis obducantur. Ariſtarchus ſolem fixis ſtellis adjunxit, lunam autem moveri circum ſolis orbem et ſuis inclinationibus umbram diſco inferre.

Caput XV.

De lunae natura.

Anaximander decies novies lunae orbem terra majorem exiſtimat. Xenophanes autem eſſe nubem conſtipatam. Stoici mixtam ex igne et terra lunam exiſtimant. Plato ex multo igne. Anaxagoras et Democritus firmamentum igneum, habens in ſeipſo campos, montes et valles. Heraclitus terram caliginoſa nube contentam. Pythagoras corpus lunae igneam ſequi naturam.

Περὶ μεγέθους σελήνης.

Οἱ Στωϊκοὶ μείζονα τῆς γῆς νομίζουσι τὴν σελήνην ὡς καὶ τὸν ἥλιον. Παρμενίδης ἴσην τῷ ἡλίῳ καὶ ἐξ αὐτοῦ φωτίζεσθαι.

Περὶ σχήματος σελήνης.

Οἱ Στωϊκοὶ τὴν σελήνην σφαιροειδῆ ὡς καὶ τὸν ἥλιον νομίζουσιν. Ἡράκλειτος δὲ σκαφοειδῆ. Ἐμπεδοκλῆς δὲ δισκοειδῆ, ἄλλοι δὲ κυλινδροειδῆ. σχηματίζεται δὲ ἡ σελήνη ἑπταχῶς· ὅτε γὰρ τίκτεται, δοκεῖ φαίνεσθαι μηνοειδὴς, εἶτα διχότομος, εἶτ' ἀμφίκυρτος, εἶτα πανσέληνος, εἶτα πάλιν ἐπαναχωροῦσα αὖθις γίνεται ἀμφίκυρτος, εἶτα διχότομος καὶ ὕστερον μηνοειδὴς, εἶτ' ἀφανὴς κατὰ τὴν καινήν. πλεῖστος γίνεται περὶ αὐτῆς λόγος. λέγεται τοῦτον σχηματίζεσθαι τὸν τρόπον, σκιαζούσης ἑκάστοτε τῆς γῆς πρῶτον μὲν κατὰ τὸ μόριον ἑαυτῆς, ποτὲ δὲ κατὰ παντελὲς ὑποῤῥεούσης τῆς σελήνης εἰς τὸ κοῖλον τῆς γῆς.

De magnitudine lunae.

Stoici lunam putant terra esse majorem ut et solem. Parmenides aequalem soli et ab ipso illuminari.

De figura lunae.

Stoici rotundam esse lunam ut solem existimant. Heraclitus scaphae, Empedocles disco similem, alii instar cylindri. Figuram autem septem modis assumit luna; quando enim nascitur videtur apparere cornuta; tum semiplena; mox plusquam dimidia; postea plena. Rursus cum revertitur statim apparet gibbosa; mox semiplena; et iterum cornuta. Postea latet donec *omnino* renovetur. De ea multa dicuntur. Quidam hoc modo figurari dicunt, nimirum umbra terrae primum secundum aliquam sui ipsius partem, aliquando secundum se totam consugiente luna in centrum terrae.

Περὶ φωτισμοῦ σελήνης.

Ἀναξίμανδρος ἴδιον ἔχειν αὐτὴν φῶς εἴρηκεν· ἀραιότερον δέ πως. Ἀντιφῶν ἰδίῳ φέγγει λάμπειν τὴν σελήνην· τὸ δὲ [39] ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς προσβολῆς τοῦ ἡλίου ἀμαυροῦσθαι· πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν· ὃ δὴ συμβαίνει τὰ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν σελήνην. Ἡράκλειτος τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην. σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους δὲ τὰ ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, αὐτὰ φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν, λαμπρότερον μὲν τὸν ἥλιον· ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι· τὴν δὲ σελήνην ἐν θολερωτέρῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι.

Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.

Ἀναξίμανδρος μὲν ὑπέλαβε τοῦ στομίου τοῦ περὶ τὸν τροχὸν ἐπιφραττομένου καὶ τὴν σελήνην ἐκλείπειν. Βήρωσσος κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστροφὴν τοῦ ἀπυρώτου μέρους.

De illuminatione lunae.

Anaximander ipſam peculiarem lucem habere dicit, rariorem tamen. Antipho proprio lunam ſplendore fulgere docet: quod ſi paulatim abſcondatur, id illi contingere ſolis vicinitate: ſic enim a natura comparatum ut majoris acceſſu lux minor obruatur; quod etiam reliquis ſtellis evenit. Thales et qui ipſum ſequuti ſunt a ſole lunam dixerunt illuminari. Heraclitus idem lunae quod ſoli contingere defendit. Stellae enim quoniam concavae ſunt et vapores excipiunt lucere videntur, ac ſol quidem ſplendidius cum in puriori aëre, luna autem obſcurari videtur quod in aëre turbidiori feratur.

De lunae defectu ſeu eclipſi.

Anaximander conjecit lunam deficere quum oſculum quod circum rotam eſt obturatur, Beroſſus ex obverſione in nos facta reſtinctae partis. Heraclitus ex gibbae par-

Ἡράκλειτος κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς συστροφήν. τῶν Πυθαγορείων δέ τινες κατὰ ἀνταύγειαν καὶ ἐπίφραξιν τῆς τε γῆς καὶ ἀντίχθονος. Πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ Στωϊκοὶ καὶ οἱ μαθηματικοὶ τὰς μὲν μηνιαίας ἀποκρύψεις συνοδεύουσαν αὐτὴν τῷ ἡλίῳ καὶ περιλαμπομένην ποιεῖσθαι, τὰς δὲ ἐκλείψεις σκιαζομένην ὑπὸ τῆς γῆς μεταξὺ μὲν ἀμφοτέρων τῶν ἄστρων γινομένης, μᾶλλον δὲ τῆς σελήνης ἀστιφραττομένης.

Διὰ τί γεώδης φαίνεται ἡ σελήνη.

Οἱ Πυθαγόρειοι γεώδη φαίνεσθαι τὴν σελήνην οἴονται διὰ τὸ περιοικεῖσθαι ταύτην ὑπὸ μειζόνων ζώων καὶ (432) φυτῶν καὶ καλλιόνων ἢ παρ' ἡμῖν. εἶναι γὰρ πεντεκαιδεκαπλασίονα τὰ ἐπ' αὐτῆς ζῶα τῇ δυνάμει μηδὲν περιττωματικὸν κοινὸν ἀποκρίνοντα· καὶ τὴν ἡμέραν τοσαύτην εἶναι τῷ μήκει. Ἀναξαγόρας ἀνωμαλότητα τοῦ συγκρίματος διὰ τὸ ψυχρομιγὲς ἅμα καὶ γεῶδες· περιμεμίχθαι δὲ τῷ πυρώ-

tis converfione. Pythagoreorum aliqui per reflexionem et obturationem terrae tum noftrae tum oppofitae. Plato autem, Ariftoteles, Stoici et mathematici menftruales occultationes ipfam efficere, quando cum fole congreditur et ejus radiis obruitur ac undique illuftratur, deficere vero quando obumbratur a terra utriusque fideris in medio conftituta aut potius cum ejus illuminationi afficitur a terra.

Qui luna terreftris appareat.

Lunam ideo terreftrem exiftimant Pythagorici, quod ipfam incolant *proceriores* arbores et animalia majora atque praeftantiora quam hic apud nos. Effe vero decies quinquies quae circa ipfam funt animalia illa noftris robuftiora nihilque excrementi communis emittentia ac tanto diem effe noftro longiorem. Anaxagoras ejus inaequalitatem fieri a concretione frigidi et terreftris quae fimul mifcentur, mifceri autem igneo caliginofum ftellamque lu-

δει τὸ ζοφῶδες, ὅθεν ψευδοφανῆ λέγεσθαι τὸν ἀστέρα. οἱ Στωϊκοὶ διὰ τὸ ἑτεροειδὲς τῆς οὐσίας μὴ εἶναι αὐτῆς ἀκήρατον τὸ σύγκριμα.

Περὶ τῶν διαστημάτων τῆς σελήνης.

Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἤπερ ἀπὸ τῆς γῆς· οἱ μαθηματικοὶ ὀκτωκαιδεκαπλάσιον. Ἐρατοσθένης τὸν ἥλιον ἀπέχειν τῆς γῆς σταδίων μυριάδας τετρακοσίας καὶ στάδια ὀκτάκις μύρια· τὴν δὲ σελήνην τῆς γῆς ἀπέχειν σταδίων μυριάδας ἑβδομηκονταοκτώ.

Κεφάλαιον ιστ΄.

Περὶ ἐνιαυτοῦ πόσος ἑκάστου τῶν πλανωμένων ὁ μέγας ἐνιαυτός.

Ἐνιαυτὸς μὲν Κρόνου ἐστὶν ἐτῶν τριάκοντα. Διὸς δὲ δώδεκα. Ἄρεως δυοῖν· ἡλιου ιβ΄ μῆνες· οἱ δὲ αὐτοὶ Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης· ἰσόδρομοι γάρ· σελήνης ἡμέραι λ΄· οὗτος γὰρ ὁ τέλειος μὴν ἀποφάνσεως εἰς σύνοδον· τὸν δὲ μέ-

cis ementitiae lunam ideo nuncupari. Stoici quoque negant propter diverſas facies ejus ſubſtantiae compagem eſſe inſolubilem.

De lunae diſtantia.

Empedocles plus duplo lunam diſtare putat a ſole quam a terra. Mathematici decies octies. Eratoſthenes ſolem a terra diſtare quadringentis et octo myriadibus. Lunam vero a terra diſtare ſeptuaginta octo millibus ſtadiorum.

Caput XVI.

De anno quantus cujusque planetarum ſit magnus annus.

Annus Saturni annorum eſt triginta; Jovis duodecim; Martis duorum; ſolis menſium duodecim; Veneris et Mercurii totidem, nam aequales his curſus, lunae triginta dierum, tot enim diebus menſis abſolvitur ab apparitione

γαν ἐνιαυτὸν οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι τίθενται· οἱ δὲ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι· οἱ δὲ ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσιν. Ἡράκλειτος ἐκ μυρίων ὀκτακισχιλίων ἡλιακῶν. Διογένης ἐκ πεντεκαιεξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐνιαυτῶν τοσούτων, ὅσων ὁ κατὰ Ἡράκλειτον ἐνιαυτός· ἄλλοι δὲ δι' ἑπτακισχιλίων ψοζ'.

[40] Κεφάλαιον ιζ'.

Περὶ γαλαξίου.

Ὁ γαλαξίας κύκλος ἐστὶ νεφελοειδὴς ἐν μὲν τῷ ἀέρι διὰ παντὸς φαινόμενος, διὰ δὲ τὴν λευκόχροιαν ὀνομαζόμενος γαλαξίας· καὶ τῶν Πυθαγορείων τινὲς ἀστέρος εἶναι διάκαυσιν ἐκπεσόντος μὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕδρας, δι' οὗ δὲ ἐπέδραμε χωρίου κυκλοτερῶς αὐτὸ καταφλέξαντος ἐπὶ τοῦ κατὰ Φαέθοντα ἐμπρησμοῦ διὰ τῆς ἐκείνου παρόδου· οἱ δὲ ἡλιακὴν ταῦτά φασι κατ' ἀρχὰς γεγονέναι δίοδον. τινὲς δὲ τοῦτο μικρὰν εἶναι φαντασίαν τοῦ πλείονος οὐρανίου πυρὸς

lunae ad ejus cum ſole congreſſum. Annum quem magnum appellant quidam octavo quoque anno compleri dicunt, alii decimo nono, quidam ſexageſimo primo. Heraclitus decem et octo millibus annorum ſolarium. Diogenes trecentis ſexaginta quinque annis, tantus quantus eſt unus annus Heraclito. Nonnulli ſeptem millibus ſeptingentis ſeptuaginta ſeptem.

Caput XVII.

De circulo lacteo.

Circulus lacteus nebuloſus eſt in aëre ſemper apparens lacteusque eſt a ſuo colore nuncupatus. Pythagoreorum aliqui crediderunt ipſum eſſe ſtellae cujusdam incendium quae ſuis ſedibus excidit et locum per quem circumvoluta eſt exuſſit, eo tempore quo Phaëthontis incendium per illam viam graſſabatur: alii dicunt ab initio ſolem illac iter ſuum peregiſſe: quidam volunt hoc exiguam eſſe apparitionem plurimi caeleſtis ignis cujus ſplen-

Ed. Chart. II. [40.] Ed. Baf. IV. (432.)

πρὸς τὸν οὐρανὸν τὰς αὐγὰς ἀνακλῶντα· ὅπερ ἐπὶ τῶν τῆς ἴριδος νεφῶν συμβαίνειν εἴωθεν. Μητρόδωρος διὰ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου. τοῦτον γὰρ εἶναι τὸν ἡλιακὸν κύκλον. Παρμενίδης τὸ τοῦ πυκνοῦ καὶ ἀραιοῦ μίγμα γαλακτοειδὲς ἀποτελεῖ χρῶμα. Ἀναξαγόρας τὴν σκιὰν τῆς γῆς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἵστασθαι τοῦ οὐρανοῦ· ὅταν τὰ ὑπὸ τὴν γῆν ὁ ἥλιος μὴ πάντη περιφωτίζη. Δημόκριτος πολλῶν καὶ μικρῶν καὶ συνεχῶν ἀστέρων συμφωτιζομένων εἶναι ἀλλήλοις συναυγασμόν. Ἀριστοτέλης ἀναθυμιάσεως ξηρᾶς ἔξαψιν πολλῆς τε καὶ συνεχοῦς καὶ οὕτω κόμην πυρὸς ὑπὸ τὸν ἀέρα κατωτέρω τῶν πλανητῶν φαίνεσθαι· οἱ Στωϊκοὶ τοῦ αἰθερίου πυρὸς ἀραιότητα ἀνώτερον τῶν πλανητῶν. Ποσειδώνιος πυρὸς σύστασιν ἄστρου μὲν λαμπρότερον, αὐγῆς δὲ πυκνότερον.

Κεφάλαιον ιη'.

Περὶ κομήτου καὶ διαττόντων ἀστέρων καὶ δοκίδων.

Τῶν Πυθαγορείων τινὲς μὲν ἀστέρα φασὶν εἶναι τὸν κομήτην τῶν οὐκ ἀεὶ φαινομένων, διά τινος δὲ ὡρισμένου

dor ad coelum reflectitur; id quod arcus coeleſtis nubes facere conſueverunt. Metrodorus propter tranſitum ſolis, illum enim eſſe circulum ſolis exiſtimat. Parmenides rarum denſo commiſtum lacteum colorem conficere putat. Anaxagoras terrae putat umbram eſſe et aliquam coeli partem occupare, quia cum ſol terrae ſubeſt, non illuminat omnia. Democritus eſſe ſplendorem multarum exiguarum et cohaerentium ſtellarum ſe invicem colluſtrantium. Ariſtoteles ſiccae exhalationis incendium quae jugiter et abunde ſuccedit ac eodem modo fieri crinitum ignem infra aërem ſub planetis. Stoici ignis aetherei raritatem ipſumque ſuperiorem planetis. Poſidonius ignis acervum ſtella clariorem, ſplendore vero *obſcuriorem*, denſiorem.

Caput XVIII.

De cometa, ſtellis diſcurrentibus et trabibus.

Pythagoreorum aliqui cometas dicunt eſſe ſtellas quae non ſemper apparent, ſed certis quibusdam temporibus

χρόνου περιοδικῶς ἀνατελλόντων· ἄλλοι δὲ ἀνάκλασιν τῆς ἡμετέρας ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον παραπλησίαν ταῖς κατοπτρικαῖς ἐμφάσεσιν. Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος σύνοδον ἀστέρων δυοῖν ἢ πλειόνων κατὰ συναυγασμόν. Ἀριστοτέλης δὲ τῆς ξηρᾶς ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιάσεως διάπυρον σύστασιν. Στράτων ἄστρου φῶς περιληφθὲν νέφει πυκνῷ, καθάπερ ἐπὶ τῶν λαμπτήρων γίνεται. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς νέφος μετάρσιον ὑπὸ μεταρσίου φωτὸς καταυγαζόμενον· ὁμοίως δὲ αἰτιολογεῖ πωγωνίαν, ἅλω, δοκίδα, κίονα καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις, καθάπερ ἀμέλει πάντες οἱ Περιπατητικοὶ παρὰ τοὺς τοῦ νέφους ταύτῃ γίνεσθαι σχηματισμούς· Ἐπιγένης πνεύματος ἀναφορὰν γεωμιγοῦς πεπυρωμένου. Βοηθὸς ἀέρος ἀνειμένου φαντασίαν. Διογένης ἀστέρας εἶναι τοὺς κομήτας. Ἀναξαγόρας τοὺς καλουμένους διάττοντας ἀπὸ τοῦ αἰθέρος· σπινθήρων δίκην καταφέρεσθαι, διὸ καὶ παραυτίκα κατασβέννυσθαι. Μητρόδωρος τὴν εἰς τὰ νέφη τοῦ ἡλίου βίαιαν ἔμπτωσιν ὡς βέλος πολλάκις σπινθηρίζειν. Ξενοφά-

ſua revolutione oriuntur: alii repercuſſionem viſus noſtri ad ſolem ſimilem imaginibus quae in ſpeculis cernuntur. Anaxagoras et Democritus concurſum duarum aut plurium ſtellarum ſeſe illuſtrantium. Ariſtoteles ſiccae exhalationis congeriem accenſam. Strato ſideris alicujus lucem denſa nube comprehenſam, id quod et laternis evenit. Heraclides Ponticus nubem praealtam illic a luce ſuperna illuminatam: eandem hic barbatis, areis, trabibus, columnis et id genus aliis cauſam aſſignat: ut omnes peripatetici qui ex accenſis vaporibus ſpecies haſce fieri dicunt. Epigenes vaporem terrae commiſtum, in altum elevatum ibique accenſum. Boëthus ardentis aëris id ſpeciem eſſe credidit. Diogenes ſtellas eſſe cometas putat. Anaxagoras quas diſcurrentes ſtellas vocant, perinde atque ſcintillas ex aethereo igne cadere putat et ideo ſtatim quoque extingui. Metrodorus ex ſolis radiis violenter in nubem, ut ſagitta ſolet irruentibus diſcurrentis ſtellae ſpeciem

νης πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν νεφῶν πεπυρωμένων συστήματα ἢ κινήματα.

Κεφάλαιον ιθ'.

Περὶ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, κεραυνῶν, πρηστήρων καὶ τυφώνων.

Ἀναξίμανδρος ἐκ τοῦ πνεύματος ὑπιόντος ταυτὰ πάντα συμβαίνειν, ὅταν περιληφθὲν νέφει παχεῖ βια- [41] ζόμενον ἐκπέσῃ τῇ λεπτομερείᾳ καὶ κουφότητι, τότε ἡ μὲν ῥῆξις τὸν ψόφον ἀποτελεῖ, ἡ δὲ διαστολὴ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νέφους τὸν διαυγασμὸν ἀποτελεῖ. Μητρόδωρος ὅταν εἰς νέφος πεπηγὸς ὑπὸ πυκνότητος ἐμπέσῃ πνεῦμα, τῇ μὲν θραύσει τὸν κτύπον ποιεῖ, τῇ δὲ πληγῇ καὶ τῷ σχισμῷ διαυγάζει, τῇ δὲ ὀξύτητι τῆς φορᾶς προσλαμβάνον τὴν ἀπὸ τοῦ ἡλίου θερμότητα κεραυνοβολεῖ· τοῦ δὲ κεραυνοῦ τὴν ἀσθένειαν εἰς πρηστῆρα περιΐστησιν. Ἀναξαγόρας δὲ ὅταν τὸ θερμὸν εἰς τὸ ψυχρὸν ἐμπέσῃ, τοῦτο δέ ἐστιν αἰθέριον μέρος εἰς ἀερῶδες, τῷ μὲν ψόφῳ τὴν βροντὴν ἀποτελεῖ, τῷ

excitari. Xenophanes id genus omnia nubium accenfarum conftitutiones vel incurfiones exiftimat.

Caput XIX.

De tonitruis, corufcationibus, turbinibus et convolutionibus.

Anaximander a flatu fubeunte haec omnia fieri putat, quando inclufus denfa nube nititur erumpere qua parte tenuior eft et levior; ipfa ruptio fonum edit, ipfa autem divulfio juxta nigredinem nubis corufcationem. Metrodorus cum in nubem denfitate compactam flatus irruit, difruptione fonum facit, percuffione et divulfione micat; velocitate autem motus a fole calorem accipiens fulminat: fulminis autem imbecillitas in turbinem degenerat. Anaxagoras quando calidum in frigidum incidit, hoc eft cum aetherea pars aëreae mifcetur, corufcationem facit; colore vero qui eft ad nigredinem nebulofae partis

Ed. Chart. II. [41.] Ed. Baſ. IV. (432.)
δὲ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νεφώδους χρώματι τὴν ἀστραπήν· τῷ δὲ πλήθει καὶ μεγέθει τοῦ φωτὸς τὸν κεραυνόν. τῷ δὲ πολυσωματωτέρῳ πυρὶ τὸν τυφῶνα, τῷ δὲ νεφελοειδεῖ τὸν πρηστῆρα. οἱ Στωϊκοὶ βροντὴν μὲν συγκρουσμὸν νεφῶν, τὴν δὲ ἀστραπὴν ἔξαψιν ἐκ παρατρίψεως, κεραυνὸν δὲ σφοδροτέραν ἔλλαμψιν, πρηστῆρα δὲ νωχελεστέραν. Ἀριστοτέλης δὲ ἐξ ἀναθυμιάσεως πάντα τὰ τοιαῦτά φησι συμβαίνειν τῆς ξηρᾶς· ὅταν οὖν ἐντύχῃ τῇ ὑγρᾷ παραβιάζηται τὴν ἔξοδον καὶ τῇ μὲν παρατρίψει καὶ τῇ ῥήξει τὸν ψόφον τῆς βροντῆς γίνεσθαι· τῇ δὲ ἐξάψει τῆς ξηρότητος τὴν ἀστραπήν· πρηστῆρα δὲ καὶ τυφῶνα πλεονασμῷ τῆς ὕλης, ἣν ἑκάτερος αὐτῶν συνεφέλκεται θερμότερος μὲν ὁ πρηστὴρ, παχύτερος δὲ ὁ τυφών.

Περὶ νεφῶν, ὑετῶν, χιόνων, χαλάζων.

Ἀναξιμένης ἔφη συμβαίνειν παχυνθέντος ἐπὶ πλεῖστον τοῦ ἀέρος, μᾶλλον δὲ ἐπισυναχθέντος ἐκθλίβεσθαι καὶ τοὺς ὄμβρους γίγνεσθαι. χίονα δ' ἐπειδὰν τὸ καταφερόμενον

fulgur; multitudine et magnitudine lucis fulmen; cum magis in corpus cogitur ignis vorticem; cum eſt nubilioſior, turbinem. Stoici nubium concurſum tonitru definiunt; coruſcationem earumdem inflammationem attritu excitatam; fulmen vehementer actae nubis incenſionem; turbinem ſegniorem. Ariſtoteles autem haec omnia fieri putat a ſiccis exhalationibus, quae cum inciderint in humida, conantur erumpere, dum igitur impellunt ſicca atque diſcindunt humida, tonitru ſonus excitatur, accenſione ſiccitatis fit fulgur, turbinem et vorticem materiae quam uterque trahit copia generat, calidior tamen turbo, denſior autem eſt vortex.

De nubibus, pluviis, nivibus et grandinibus.

Anaximenes dicit fieri nubes ex aëre plurimum denſato; et ex ipſo magis coacto exprimi pluviam; nivem autem fieri quando aqua ſurſum elevata condenſatur a

l. Chart. II. [41.] Ed. Baſ. IV. (432.)

ὠρ παγῇ ὑπὸ ψύξεως· χάλαζαν δὲ ὅταν παρασυλληφθῇ ῦ ὑγρῷ πνεύματι. καὶ Μητρόδωρος ἀπὸ τῆς ὑδατώδους ἀφορᾶς συνίστασθαι τὰ νέφη, Ἐπίκουρος ἀπὸ τῶν ἀτόων· στρογγυλίζεσθαι δὲ τὴν χάλαζαν καὶ τὸν ὑετὸν γίγνεται ἀπὸ τῆς μακροτέρας φορᾶς διὰ τοῦ ἀέρος συμβαινούης ἀποπληττομένην.

Περὶ ἴριδος.

Τῶν μεταρσίων παθῶν τὰ μὲν καθ' ὑπόστασιν γίνεαι, οἷον ὄμβρος, χάλαζα· τὰ δὲ κατ' ἔμφασιν ἰδίαν οὐκ ὄντα ὑπόστασιν. αὐτίκα γοῦν πλεόντων ἡμῶν ἡ ἤπειρος νεῖσθαι δοκεῖ. ἔστιν οὖν κατ' ἔμφασιν ἡ ἶρις, περὶ ἧς ν λέξομεν, εἰ πρότερον διδάξομεν πῶς αὐτὴν ὁρῶμεν· κατὰ γραμμὰς ἢ κατ' εὐθείας ἢ κατὰ καμπύλας ἢ κατὰ ἀνα-ωμένας γραμμὰς ἀδήλους, λόγῳ θεωρητὰς καὶ ἀσωμάτους ῶμεν· κατὰ μὲν οὖν εὐθείας ὁρῶμεν τὰ ἐν ἀέρι καὶ τὰ ὰ τῶν λίθων τῶν διαυγῶν καὶ κεράτων, λεπτομερῆ γὰρ ὗτα πάντα, καμπύλας δὲ γραμμὰς καθ' ὕδατος βλέπομεν

igore; grandinem vero quum a vento comprehenditur ımido. Et Metrodorus e vaporibus aquoſis ſurſum elas nubes coaleſcere putat; Epicurus ex atomis, rotundam ero reddi grandinem et pluviam fieri cum a longiori latione per aërem repercuti contingit.

De iride ſeu arcu coeleſti.

Eorum quae in ſublimi fiunt quaedam revera ſubſiunt, ut imber et grando, quaedam ſunt merum ſubſtanae ſimulacrum propriam non habentia ſubſiſtentiam, eo ıodo quo moveri terra nobis navigantibus videtur. Eſt utem arcus coeleſtis tantum ſpecies apparens, de quo diemus, ſi prius docuerimus quomodo ipſum videamus. idemus autem lineis vel rectis vel curvis vel fractis, obcuris et quae ſola ratione ſpectari poſſint incorporeis. ectis autem lineis videmus ea quae in aëre ſunt quaeue per lapides pellucidos et per cornua; omnia enim aec tenuium ſunt partium. Curvis antem lineis aſpici-

γινομένας. κάμπτεται γὰρ ἡ ὄψις βίᾳ διὰ τὴν πυκνοτέραν τοῦ ὕδατος ὕλην. διὸ καὶ τὴν κώπην ἐν τῇ θαλάσσῃ μακρόθεν καμπτομένην ὁρῶμεν. τρίτος δὲ τρόπος τοῦ βλέπειν τὰ ἀνακλώμενα ὡς τὰ κατοπτρικά· ἔστιν οὖν τὸ τῆς ἴριδος πάθος τοιοῦτον. δεῖ γὰρ ἐπινοῆσαι τὴν ἀναθυμίασιν τὴν ὑγρὰν ἐς νέφος μεταβάλλεσθαι, εἶτα ἐκ τοῦ κατὰ βραχὺ εἰς μικρὰς ῥανίδας δροσίζειν νοτιζούσας, ὅταν οὖν ὁ ἥλιος γένηται εἰς δυσμὰς, ἀνάγκη γὰρ πᾶσαν ἶριν ἄντικρυς τοῦ ἡλίου φαίνεσθαι, ὅτε ἡ ὄψις προσπεσοῦσα ταῖς ῥανίσιν ἀνακλᾶται, ὥστε συμβαίνειν τὴν ἶριν· εἰσὶ δὲ αἱ ῥανίδες οὐ σχήματος μορφαὶ, ἀλλὰ χρώματα φαίνεται. τρία γὰρ ἶρις ἔχει χρώματα· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἔχει φοινικοῦν, τὸ δὲ δεύτερον ἁλουργὲς καὶ πορφυροῦν, τὸ δὲ (433) τρίτον κυάνεον καὶ πράσινον· μή ποτε τὸ μὲν φοινικοῦν ὅτι ἡ λαμπρότης τοῦ ἡλίου προσπεσοῦσα καὶ ἡ ἀκραιφνὴς λαμπηδὼν ἀνακλωμένη ἐρυθρὸν ποιεῖ καὶ φοινι- [42] κοῦν τὸ χρῶμα τὸ δὲ δεύτερον μέρος ἐπιθολούμενον καὶ ἐκλυόμενον μᾶλλον τῆς λαμπηδόνος διὰ τὰς ῥανίδας ἁλουργές. ἄνεσις γὰρ τοῦ

mus quae in aquis, vifus enim vi propter craffitiem materiae ipfius aquae incurvatur, ideo remos in mari fractos eminus videmus. Tertius modus videndi refracta eft in fpeculis. Ejusmodi autem arcus coeleftis eft fpecies. Oportet enim concipere humidam exhalationem in nubem mutari, tum ftatim roris inftar ex ipfa minutas guttas manare: cum igitur fol in occafu fuerit, neceffe eft enim omnem arcum coeleftem ex adverfo folis apparere, cum vifus in guttulas incidens refrangitur, ut arcus caeleftis fiat, non funt autem guttae fpecies figurae fed colores videntur: tres autem colores habet arcus coeleftis, primum puniceum, fecundum violaceum feu purpureum: tertium caeruleum et viridem. Nonnunquam igitur puniceum quidam fplendor folis occurrens fulgorque integer refractus rubrum ac puniceum parit colorem: fecunda autem pars turbidior fplendore a guttis diffoluto purpureum qui rubri coloris eft imminutio; cum adhuc turbidior nubes ro-

ἐρυθροῦ τοῦτο· ἔστι δὲ πάλιν ἐπιθολούμενον τὸ διορίζον μεταβάλλεται εἰς τὸ πράσινον· ἔστιν οὖν τοῦτο δοκιμάσαι δι᾽ ἔργων· εἰ γάρ τις εἰς τὸ ἄντικρυ τοῦ ἡλίου λάβῃ ὕδωρ καὶ πτύσῃ, αἱ δὲ ῥανίδες ἀνάκλασιν λάβοιεν πρὸς τὸν ἥλιον, εὑρήσει γιγνομένην ἶριν· καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ὅταν εἰς τὸν λύχνον ἀποβλέψωσιν. Ἀναξιμένης δὲ ἶριν γίνεσθαι νομίζει κατ᾽ αὐγασμὸν ἡλίου πρὸς νέφει πυκνῷ καὶ παχεῖ καὶ μέλανι παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰς ἀκτῖνας εἰς τὸ πέρας διακόπτειν ἐπισυνισταμένας αὐτῶν. Ἀναξαγόρας ἀνάκλασιν ἀπὸ νέφους πυκνοῦ τῆς ἡλιακῆς περιφεγγείας. καταντικρὺ δὲ τοῦ κατοπτρίζοντος αὐτὸν ἀστέρος διὰ παντὸς ἵστασθαι. παραπλησίως δὲ φυσιολογεῖται τὰ καλούμενα παρήλια, γινόμενα δὲ κατὰ τὸν πόντον. Μητρόδωρος δὲ ὅταν διὰ νεφῶν ὁ ἥλιος διαλάμψῃ, τὸ μὲν νέφος κυανίζειν, τὴν δ᾽ αὐγὴν ἐρυθραίνεσθαί φησι.

Περὶ ῥάβδων.

Τὰ κατὰ τὰς ῥάβδους καὶ ἀνθηλίους συμβαίνοντα μίξει τῆς ὑποστάσεως καὶ ἐμφάσεως ὑπάρχειν οἴονται τῶν

rem fundens in viridem tranſit. Id exemplis comprobare licet. Si quis e regione radiorum ſolis aquam accipiat et exſpuat, guttae autem a ſole refractionem ſuſcipiant, inveniet factum arcum coeleſtem et qui ophthalmia laborant idem patiuntur, ſi ad lucernam reſpiciant. Anaximenes arcum coeleſtem fieri putat a ſplendore ſolis in nube denſa, craſſa et nigra, quod non poſſit ejus ſuperficiem penetrare ſed in ea conſiſtat. Anaxagoras refractionem lucis ſolaris eſſe a nube craſſa, quae ſemper ex adverſa parte ſolis eſt, qui in ea tanquam in ſpeculo apparet: eam quoque cauſam affert cur duo ſoles frequenter in ponto contingant. Metrodorus quando in nube ſol fulget, nubem caeruleam fieri ait, fulgorem vero rubrum.

De virgis.

Quae circa virgas et ſoles oppoſitos contingunt mixtione ſubſiſtentiae et apparitionis fieri putant, cum nubes

μὲν νεφῶν ὁρωμένων οὐ κατ' οἰκεῖον χρῶμα, ἀλλ' ἕτερον, ὅπερ κατὰ τὴν ἔμφασιν φαίνεται· ἐν δὲ τούτοις πᾶσιν τά τε κατὰ φύσιν καὶ κατ' ἐπίκτησιν ὅμοια συμβαίνει πάθη.

Κεφάλαιον κ'.

Περὶ ἀνέμων.

Ἀναξίμανδρος οἴεται ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος τῶν λεπτοτάτων ἐν αὐτῷ καὶ ὑγροτάτων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τικτομένων ἢ κινουμένων. Στωϊκοὶ δὲ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν λέγουσιν· ἡγοῦνταί τε κατὰ τὰς τῶν τρόπων παραλλαγὰς τὰς ἐπωνομασίας παραλλάττειν, οἷον ἀπὸ ζόφου καὶ τῆς δύσεως ζέφυρον ὠνόμαζον· τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς καὶ τοῦ ἡλίου ἀπηλιώτην· τὸν ἀπὸ ἄρκτων βορέαν· τὸν ἀπὸ τῆς μεσημβρίας νότον. Μητρόδωρος δὲ ὑδάτων ἀναθυμίασιν διὰ τὴν ἡλιακὴν ἔκκαυσιν γίγνεσθαι ὁρμὴν πνευμάτων· τοὺς δὲ ἐτησίας πνεῖν τοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἀέρος παχυνθέντος, ὑποχωροῦντος δὲ τοῦ ἡλίου κατὰ τὴν θερινὴν τροπήν.

videantur non tamen proprio colore, ſed alieno, qui viſui exhibetur. In his autem omnibus tam qui ſecundum naturam quam qui ſecundum adumbrationem ſimiles contingunt effectus.

Caput XX.

De ventis.

Anaximander ventum exiſtimat fluxum aëris eſſe, motis aut colliquatis a ſole quae in eo ſunt partibus tenuiſſimis et humidiſſimis. Stoici dicunt eſſe ſpiritum aëris arbitranturque pro locorum diverſitate varias appellationes ſortiri, nam et ventum qui ab occaſu ſpirat ſavonium appellarunt, qui ab ortu ſolis ſubſolanum, a ſeptentrione aquilonem, a meridie auſtrum. Metrodorus autem aqueam exhalationem propter ſolis aeſtum fieri ventorum impetum. Eteſias autem ſpirare denſato aëre, qui ad ſeptentrionem eſt et ſole a nobis recedente ſolſtitio aeſtivo.

Περὶ χειμῶνος καὶ θέρους.

Ἐμπεδοκλῆς καὶ οἱ Στωϊκοὶ χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος τῇ πυκνώσει καὶ εἰς τὸ ἀνώτερον βιαζομένου· θέρος δὲ τοῦ πυρὸς, ὅταν εἰς τὸ κάτω βιάζηται.

Κεφάλαιον κα'.

Περὶ γῆς.

Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ μίαν εἶναι τὴν γῆν ὑπολαμβάνουσι· τῶν δὲ Πυθαγορείων τινὲς δύο καὶ ταύτην εἶναι καὶ τὴν ἀντίχθονά φασιν. οἱ Στωϊκοὶ δὲ γῆν εἶναι μίαν καὶ πεπερασμένην. Μητρόδωρος δὲ τὴν γῆν ὑπόστασιν εἶναι καὶ οἱονεὶ τρίγα τοῦ ὕδατος νομίζει ὡς τὸν ἥλιον τοῦ ἀέρος.

Περὶ σχημάτων γῆς.

Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ σφαιροειδῆ τὴν γῆν νομίζουσιν. Ἀναξίμανδρος δὲ λίθῳ κίονι τὴν γῆν προσφερεῖ [43]

De hieme et aeftate.

Empedocles et Stoici hiemem fieri dicunt aëre praevalente furfumque fua fe denfitate protrudente: aeftatem autem contra igne fuperante ac fe deorfum ad nos agente.

Caput XXI.

De terra.

Thales et qui ipfum fecuti funt unicam effe terram exiftimant. Pythagoreorum aliqui et hanc effe et aliam huic oppofitam dicunt. Stoici autem dicunt unam effe terram eamque finitam. Metrodorus terram effe fedimentum et tanquam faecem aquae putat ut folem aëris.

De figuris terrae.

Thales et qui eum fecuti funt rotundam terram exiftimant. Anaximander autem terram lapideae columnae

τῶν ἐπιπέδων. Ἀναξιμένης τραπεζοειδῆ. Λεύκιππος τυμπανοειδῆ, Δημόκριτος δισκοειδῆ μὲν τῷ πλάτει, κοίλην δὲ τὸ μέσον τῷ μεγέθει.

Περὶ θέσεως γῆς.

Οἱ ἀπὸ Θάλεω μέσην τὴν γῆν οἴονται εἶναι. Ξενοφάνης πρώτην τὴν γῆν ἐκ τοῦ κατωτέρου μέρους εἰς ἄπειρον βάθος ἐῤῥιζῶσθαι, ἐξ ἀέρος δὲ καὶ πυρὸς συμπαγῆναι. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος τὸ μὲν πῦρ μέσον. τοῦτο γὰρ εἶναι τοῦ παντὸς ἑστίαν· ἑτέραν δὲ τὴν ἀντίχθονα. τρίτην δὲ τὴν οἰκουμένην ἐξ ἐναντίας κειμένην καὶ περιφερομένην τῇ ἀντίχθονι. Παρμενίδης ὁ πρῶτος ἀφώρισε τοὺς οἰκουμένους τόπους ὑπὸ τὰς δύο ζώνας τροπικὰς εἶναι τὴν γῆν.

Περὶ ἐγκλίσεως γῆς.

Λεύκιππος παρεκπεσεῖν τὴν γῆν εἰς τὰ μεσημβρινὰ μέρη διὰ τὴν ἐν τοῖς μεσμβρινοῖς ἀραιότητα, ἅτε δὴ πε-

plantae ſimilem. Anaximenes menſae figuram obtinere, Leucippus tympani, Democritus diſco quidem ſimilem latitudine, verum in medio concavam putant.

De ſitu terrae.

Qui Thaletem ſecuti ſunt terram in medio poſitam exiſtimant. Xenophanes primam docuit terram in infinitam profunditatem radices mittere ex inferiori parte, compactam vero ex aëre et igne. Philolaus Pythagoricus ignem eſſe in medio, ipſum enim eſſe quaſi focum univerſi. Secundum *ab ipſo terram* primae oppoſitam, tertiam vero habitabilem ex adverſo poſitam et circumductam terrae antipodum. Parmenides primus definivit ea loca quae habitantur ſub duobus tropicis circulis eſſe terram.

De inclinatione terrae.

Leucippus terram in partes auſtrinas propendere putat ob raritatem quae ineſt illis partibus, compacta ni-

ηγότων τῶν βορείων διὰ τὸ κατεψύχθαι τοῖς κρυμοῖς, τῶν ἀντιθέτων πεπυρωμένων. Δημόκριτος διὰ τὸ ἀσθενέστεον εἶναι τὸ μεσημβρινὸν τοῦ περιέχοντος αὐξομένην τὴν ῆν κατὰ τοῦτο ἐγκλιθῆναι. τὰ γὰρ βόρεια ἄκρατα, τὰ δὲ εσημβρινὰ κέκραται. ὅθεν κατὰ τοῦτο βεβάρυται, ὅπου ερισσή ἐστι τοῖς καρποῖς καὶ τῇ αὐξήσει.

Περὶ κινήσεως γῆς.

Οἱ μὲν ἄλλοι μένειν τὴν γῆν ὑπολαμβάνουσι. Φιλόλαος ὲ ὁ Πυθαγόρειος κύκλῳ περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ κατὰ ύκλου λοξοῦ ὁμοιοτρόπως ἡλίῳ καὶ σελήνῃ. Ἡρακλείδης ὲ ὁ Ποντικὸς καὶ Ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινητὴν γῆν, ὐ μήν γε μεταβατικῶς, ἀλλὰ τροχοῦ δίκην ἐνζωνισμένην πὸ δυσμῆς ἐπ' ἀνατολὴν περὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέντρον. κατ' ρχὰς μὲν πλάζεσθαι τὴν γῆν φησιν ὁ Δημόκριτος διά τε ικρότητα καὶ κουφότητα, πυκνωθεῖσαν δὲ τῷ χρόνῳ καὶ αρυνθεῖσαν καταστῆναι.

nirum frigore feptentrionali plaga et oppofita combufta. Democritus quod imbecillior fit pars auftrina ambitus, ideo terram mole auctam eo inclinare. Partes enim feptentrionales funt intemperatae, meridionales vero temperatae. Unde terra eo deprimitur ubi fructibus abundat et incremento.

De motu terrae.

Alii quidem immotam manere terram exiftimant. Philolaus autem Pythagoricus circulariter moveri circum ignem per obliquum circulum eo modo quo fol et luna. Heraclides autem Ponticus et Ecphantus Pythagoricus mobilem terram non ut fuum locum tranfiliat, fed rotae inftar circumferatur ab occafu ad ortum circa proprium fuum centrum. Democritus initio terram ob tenuitatem et levitatem erraffe dicit, verum procedente tempore denfiorem et graviorem factam conftitiffe.

Περὶ διαιρέσεως γῆς.

Τῶν Πυθαγορείων τινὲς τὴν γῆν ἀναλόγως τῇ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαίρᾳ διῃρῆσθαι εἰς πέντε ζώνας, ἀρκτικὴν, ἀνταρκτικὴν, θερινὴν, χειμερινὴν, ἰσημερινήν· ὧν ἡ μέση τὸ μέσον τῆς γῆς ὁρίζεται διακεκαυμένης. ἡ δὲ οἰκητή ἐστι μέση τῆς θερινῆς καὶ τῆς χειμερινῆς εὔκρατος οὖσα.

Περὶ σεισμῶν γῆς.

Θαλῆς μὲν καὶ Δημόκριτος ὕδατι τὴν αἰτίαν τῶν σεισμῶν προσάπτουσιν· οἱ δὲ Στωϊκοὶ σεισμὸν εἶναι λέγουσι τὸ ἐκ τῆς γῆς ὑγρὸν εἰς ἀέρα διακρινόμενον καὶ ἐκπῖπτον. Ἀναξιμένης ξηρότητα καὶ ὑγρότητα τῆς γῆς αἰτίαν τῶν σεισμῶν, ὧν τὴν μὲν αὐχμοὶ γεννῶσι, τὴν δὲ ἐπομβρίαι. Ἀναξαγόρας ἀέρος ἀποδύσει τῇ μὲν πυκνότητι τῆς ἐπιφανείας προσπίπτοντος, τῷ δὲ ἔκκρισιν λαβεῖν μὴ δύνασθαι τρόμῳ τὸ περιέχον κραδαίνοντος. Ἀριστοτέλης δὲ πνεῦμα

De diviſione terrae.

Quidam e Pythagoreis terram eadem proportione qua totius coeli globus diviſus eſt, dividunt in quinque circulos, ſeptentrionalem, meridionalem, *ſolſtitialem* aeſtivum et hibernum atque aequinoctialem; horum medius medium terrae torridae definit, atque habitabilis eſt zona illa quae media eſt inter circulum aeſtivum et hibernum, quod ſit temperata.

De terrae motibus ſeu concuſſionibus.

Thales et Democritus aquae terrae motus cauſam tribuunt. At Stoici dicunt terrae concuſſionem eſſe humidi vaporis e terra in aërem deſcendentis ac erumpentis *impetum.* Anaximenes terrae ſiccitatem et humiditatem concuſſionis *hujus* cauſam *aſſignat,* quarum illam quidem ardores, hanc vero pluviae gignant. Anaxagoras terrae motum fieri excuſſione aëris, qui quum in denſitatem ſuperficiei terrae irrumpat nec expulſionem pati valeat, ambientem *locum* tremore concutit. Ariſtoteles autem flatum

